



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Henrici Zoesii I. C. In Lib. Quartum Decretalivm Gregorii IX. P. M.
Commentarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

accipiendum esse de audientibus, patet ex *d. c. fin.* in quo Honorius Papa explicat *d. c. 3.* non facta mentione nisi audientium, ut docentes non videantur hac pœna teneri. Navar. in *Manuali c. 27. num. 16. & Conf. 2. h. t.* Abbas *d. loco.* Nisi forte participant in crimine, non recipientes Leges, vel Medicinam, si com-

modè eos expellere possint. Esse autem prædictam excommunicationem juris, patet ex *textu d. c. fin.* Cujus dispositio non habet locum hic Lovanii, ex privilegio Martini V. concessio tempore erectæ Academiæ, in studiorum promotionem.

HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. QUARTUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.

De Sponsalibus & Matrimoniis.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Matrimoni necessitas, antiquitas, dignitas.
2. Sponsalia unde dicta.
3. Sponsaliorum definitio.
4. An requisita ad sponsalia.
5. An eam suppleat malitia?
6. Septennium an debeat esse completum?
7. Sponsalia nudo consensu inveniuntur.
8. Eoque verbis aut signis exterioribus expresso.
9. An his verbis, Volo tecum contrahere, te ducere?
10. An his, Habebo te uxorem; Promitto, quòd te habebo?
11. An & his, Volo te uxorem?
12. An hac forma, Non habeo aliam uxorem nisi te?
13. An hac, Ducam uxorem, & nullam aliam nisi te.
14. An ista, Accipio te in crastinum.
15. Sponsalia an ceaseantur iniri per verba de præsentibus impuberes?
16. Sponsalia obligant ad implementum.</p> | <p>17. Intra quod tempus implenda.
18. An quis cogi possit ea implere?
19. Promissio facta, animo non implendi an obliget?
20. An sub spe ejusmodi promissionis deflorans virginem teneatur?
21. An si deflorata postea cum alio fornicetur?
22. Sponsalia per copulam subsequentem ante Concil. Triad. transibant in matrimonium.
23. An & in casu, quo quis ex pluribus unam ducere promisit?
24. Copula præcedenti, aut conatui ad eam non erat idem effectus.
25. Sponsalia dissolvuntur mutuo partium consensu.
26. Item parte altera invita, I. Per ingressum in Religionem.
27. Idque per solam adsumptionem habitus.
28. An & ex parte ingressi, in casum, quo egreditur.
29. Sponsalia jurata, an dissolvantur hoc modo?
30. Intellectus c. Commissum, 16. h. t.
31. An liceat ingredi Religionem, obsens a copula</p> |
|--|---|

Aaa 3 post

- post contracta sponsalia?
32. II. Solvuntur sponsalia per matrimonium cum alia subsequens.
33. An & matrimonio contracto nulliter?
34. An matrimonio soluto obligent priora sponsalia?
35. Per secunda sponsalia non dirimuntur priora.
36. An neque copula habita cum posteriori?
37. III. Per supervenientem ad finitatem.
38. IV. Per discessum & absentiam sponsi.
39. V. Lapsu termini praefixi.
40. VI. Per supervenientem fornicatione alterius.
41. An & si sponsa vi praecisa cognita fuerit?
42. Quid si uterque fornicatus fuerit?
43. Fornicatio sponsa praecedens ignorata postea cognita an causset dissolutionem?
44. Quid fuerit vidua, qua virgo putabatur?
45. VII. Per supervenientem deformitatem.
46. Vel quod praecognitum avertisset & contrahendo, ut morum asperitas &c.
47. An & ob paupertatem supervenientem?
48. An si sponsa aivres dotem constituere recuset?
49. Ad hanc dissolutionem non est opus auctoritate iudicis.
50. Dispensare circa hac est solius Pontificis.
51. Nuptia & Matrimonium unde dicantur.
52. Nuptia quid.
53. Differunt à Concubinato.
54. Concubinatus prohibitus iure Canonico.
55. Intellectus can. Is qui 4. cum seqq. dist. 34.
56. Matrimonium an sit praecipi?
57. Qui contrahere nuptias possit, & cum quibus.
58. Matrimonium cum haeretico an teneat.
59. Cum excommunicato tenet.
60. Iure civili inter certas personas nuptia non admittuntur.
61. Impedimenta impediencia & dirimentia nuptias remittuntur.
62. Meretricem ducere meritorium est.
63. Nuptia contrahuntur mutuo partium consensu.
64. Tacens & praesens an consentire censetur, parente pro eo conjugalem consensum praestante.
65. Matrimonium per procuratorem an & qualiter contrahi possit?
66. Contrahi potest & per litteras.
67. Consensus debet esse de praesenti.
68. Consensum parentum requiri necessarium neque iure natura.
69. Neque iure Canonico.
70. Iure civili absque eo irrita nuptia.
71. Consensus debet esse liber ab omni metu.
72. Matrimonium metu contractum an irritum sit nullum, an verò Ecclesiasticum tenet ad mortem.
73. Metus qualis hic subsistere debeat.
74. Matrimonium tenet contractum à morte ad mortem.
75. Metus illatus ad extorquendum matrimonium an illud irritum sit?
76. Iuramentum adiectum huiusmodi matrimonio obligat.
77. Ut neque sponsalibus metu iusto irritum sit.
78. Matrimonium metu initum an irritum sit per copulam extortam?
79. Matrimonium metu initum an irritum sit per copulam extortam?
80. Ratiatur per cohabitationem.
81. Metus commissionis arbitrum an irritum sit.
82. Matrimonia vinculo poena adstringuntur.
83. Poena iuramento firmata an praesentibus sit irrita.
84. Exhereditatio aut denegatio dotis, an irritum sit iuramentis contractis, non per hoc iure.
85. Statuta permittentia ex ea causa matrimonium an licita?
86. Ad matrimonia cogere quem neque iure potest.
87. Effectus matrimonii.

Matrimonii contractus ceteris contractibus longè antecellit: tum necessitate propter generis humani propagationem, imp. in Novell. de resis. 39. in fine pr. nuptiarum, nuptiis nihil hominibus utilius esse, quam solis homines facere valentibus. de nupt. 22. in princ. Matrimonium honestum, ut humano generi videatur mortalitatem artificiosè intro ducere: tum antiquitatis prerogativa, quod inter praesentibus in statu innocentiae, ipso Decretal. sacramento, celebratum: tum dignitate, quod in Christo Dominio in nova lege fuerit institutum. Quae ratio est quod iudicium Ecclesiasticum, cui spiritus sanctus subsunt; ut laicus ne quidem incidentem cognitionem adsumat, e. lator ius. Quae sint legi. De eo agitur hoc libro quod Tit. primo in genere, animal de sponsalibus, quae ad illud tamquam iudicium ordinantur, ut tempore illius iudicium

Quo modo & in Rubr. proponuntur, & de his primo lo. o tractatur: ut non fuerit inconvenientium eorum praeferre tractatum.

Sponsalia dicta à Spondendo, quòd olim per sponsonem contraherentur: moris enim veteribus erat, futuras sibi uxores stipulari & spondere, l. 2. D. h. t. Alia faciunt de futuro, alia de presenti, secundum Canones. Illa proprie dici sponsalia receptum, & passim in textibus Juris civilis ad eum contractum, qui consensus de futuro habet, referuntur, non etiam hæc, quia nemo videatur promittere, quod præstus præstat & exhibet. Perperam tamen aliquis Canones arguerit erroris, quòd contractum de presenti sponsaliorum nomine appellat ante consummationem: cum & ante eam rectè dicatur sponsa, quæ viro fidem dedit de presenti; tum propter mutuum sponsonem, id est interrogationem & responsonem, quæ & in tali matrimonio intervenerit, tum quoad effectum matrimonii, cum & in sponsa de presenti tantum sit promissa, ut rectè dicatur in c. Tertio loco sup. de præsumpt. Sponsa, utpote quæ corporis sui possessionem necdum tradit, quæ demum accedit per traditionem in domum & copulam.

Definiuntur autem Sponsalia de futuro, esse mentio ac repromissio futurarum nuptiarum, l. 1. D. eod. Promissio ut effectum habeat, necesse ut verbis aut signis manifestetur, inter eas personas, inter quas nuptiæ possunt consistere libero contrahentium consensu l. Sponsalia 11. D. eod. ubi leges etiam parentis, in cujus potestate sunt contrahentes, consensum requirere videntur, quæ de re agetur infra secunda hujus Rubr. parte: nam quod juris in nuptiis, idem ferè in sponsalibus.

Et is non definita sponsalibus, uti nuptiis, & tantum ea consideratur, qua intelligunt contrahentes quid agunt: ut non debeant esse minores septem annis, l. in sponsalibus 14. D. eod. quod hæc ætate impuberes censentur habere sensum eorum, quæ agunt, saltem quoad sponsalia, quæ non ponunt vinculum indissolubile, ut infra dicitur.

Ubi quaeritur, An hæc ætas impleri possit par malitiam? R. Hoc posse videri per d. l. 14. ubi tantum requiritur intellectus, qui septennio completo adesse putatur: ut si ante adfit, videantur valere sponsalia, quæ solum consen-

sum requirunt: Cov. hic p. 1. c. 2. n. 2. Canis in c. Invenis 3. h. t. Possit sumi argumentum à matrimonio, in quo malitiam supplere ætatem responsum est; c. de illis inf. 1. seq. Est tamen probabilis contrarium, eo quod Canones expressè septennium completum exigant, & ante illud sponsalia inita valere negent per c. Litteras 4. & c. accessit 5. 1. seq. de despons. impub. nec alibi ponatur exceptio hæc in materia: nec valeat argumentum à matrimonio, cum quòd ibi malitia suppleat ætatem, inductum sit casu vitandæ fornicationis, quæ hic non subest. Ut non itante eadem ratione, non procedat ejus decisio. Non facit pro priori sententia d. c. Invenis h. t. quo nituntur ejus auctores: nam istius decisio non potest fundari in promissione ante septennium, quia nulla est, d. c. 4. & s. c. unico de desponsat. impub. in 6. ut nihil peretur; sed potius traductione in domum, & dubitata copula, quæ duo operantur aliquod impedimentum publicæ honestatis, ut ibi ipse Pont. allegat, Priorem tamen sententiam aliqui volunt communem, eamque sequitur Covar. d. l. Quoadmissa, non poterit præsumi malitia adesse, sed ea venit probanda, cum textus aliàs frustra certam ætatem, qua quis iudicetur habere usum rationis, præscripsisset. Quòd si tamen usus rationis ante septennium appareat, non video, quare non debeant dici sponsalia valida. Sanchez 2. de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 8. & seq.

Septennium illud completum esse vult Covar. d. loco & Sanchez d. disp. 16. n. 2. quòd Canones prohibeant ante eam ætatem conjugii aliquos, c. 2. inf. 1. seq. Putant tamen alii, duos tresve dies si desint, non obfore, cum quæ parum distant, non videantur distare. Joan. And. in d. c. 4. n. 2. 1. seq. Silvester. V. Sponsalia g. 2. & alii allegati à Sanchez d. loco n. 4. Inita ante septimum annum sponsalia tacito consensu postea convalescere habet c. duo 12. inf. 1. seq. & d. c. unico, qui tacitus consensus hac in parte æquivalere expresso.

Contrahunt & sponsalia parentes pro liberis, qui quatenus eos ligent, dicitur Tit sequenti. Contractus autem hic ex his est, qui nudo consensu ineuntur, absq; verborum solemnitate: quo modo & inter absentes rectè initur: item à muto ac surdo, quatenus consensum explicare possunt, & nulla subest prohibitio, quæ

quæ eadem in sponsalibus ac nuptiis, l. Tutor 15. cum l. seq. D. eod. Quatenus tamen prohibitio est perpetua; quia aliàs frustra inirentur sponsalia, quæ in matrimonium transire non possent. Aliud juris est, si nuptiarum prohibitio tantum sit temporalis, quia tunc nuptias inire prohibitus sponsalia rectè contrahit, uti in specie l. si quis officium 38. D. de ritu nupt. cum vitium, quod subest nuptiis, non subicit desponsationi; quæ non ponit indivisam conjunctionem.

8 Forma sponsaliorum consistit in verbis aut signis exterioribus, quibus mutus consensus in matrimonium de futura declaretur, itque deliberatus, verus, & non fictus: nam ficta promissio, cum sensum auferat, obligationis vinculum ponere nequit, quæ de re in 2. parte Rubr. latius. Verba hujusmodi sunt, *Promitto, quòd te uxorem accipiam, quòd te ducam, Maritus mihi eris, Eris mihi uxor, cap. penult. h. t.* Dubitari tamen sæpè contingit super verborum forma, an ponat obligationes de futuro, an de præsentis.

9 Unde quæritur, An sponsalia contineantur his verborum formis, *Volò tecum contrahere, te ducere, uxorem habere?* Resp. Sponsalia iniri, non etiam matrimonium, cum agant de consensu prælitto in futurum. Et quamvis non desint, qui in posteriori forma velint contineri matrimonium, propter verbum executionis, cui additus infinitivus ponit actus perfectionem, non tamen ideo significatur executio præsens, sed potius futura. Sic qui dicit se velle emere, non potest censeri emisse, cum promissio contractus distet ab ipso contractu. Covar. d. p. l. c. 4. in princ. n. 1. & p. 2. c. 4. §. 1. n. 4. Menoch. 2. Arbitr. casu 496. n. 13. Sanchez lib. 1. disp. 18. n. 22. & seq.

10 Dubitatur autem, An inducantur sponsalia per hæc verba, *habeo te uxorem. Promitto quòd te habebò?* Respondendum, Induci, quod hujusmodi verba futurum propriè respiciant, nisi adjuncta faciant ea referri ad præsens, uti in e. Ex parte 9. hoctit. ubi dicitur, quòd promittens se ab eo tempore habiturum Mæviam pro conjuge, & illa è contra se Titium pro marito, matrimonium contraxerit; quia verba subjuncta faciunt priora, quæ erant de futuro, referri ad præsens, Covar. p. 2. c. 4. §. 1. n. 5. Sanchez

d. disp. 18. n. 16. & seq. Basil. Pontius De matrimon. lib. 2. c. 9.

Quid de his judicandum, *Volò te uxorem Rep.* Ea potius ponere matrimonium, quæ quænti opinione; eo quòd verbum, *Volò* junctum Accusativo rei, inducat conditionem præsentem: per istud enim inducitur voluntas, & quidem efficax ad consequendum sententem. Aliud foret, si tantummodo diceretur, *Volò te uxorem*, si tantummodo diceretur, *Volò te uxorem*, cum appetere non sit potestere vel velle de præsentis Covar. d. loc. cit. Ut hæc in re sint inmaximè advertenda cumstantia.

Est & dubia ista forma, *Non habebò te in uxorem nisi te.* R. Hæc forma neque citè neque implicite includi adfirmationem induci matrimonium, aut sponsalia non potest. Continet enim orationem pure negativam, quæ nihil ponit, l. Titia §. fin. D. de numeris. testam. Ubi hæc forma relicta dicitur, *Nisi diligenter excusseris rationes, libertas potius conferretur libertas adempta, quæ quia non potest videri consensus præsentis per meram negationem. Posite tamen quòd vim habeat affirmativè orationem, hilomagis continebitur eà matrimonium cum non alia oratio inde concludatur, quæ *Habebo, vel Ducam te in uxorem, si quæ xero.* Ut forma hujusmodi futurum non nec possit nisi ad sponsalia referri, & non non pura, sed conditionalia, propositio conditionem, quæ tacite subest, scilicet, *si quæ xero.* Quomodo ex tali contractu non potest actio, quàm contra factum erit, præter alteram ducere volente. Pro qua optime facit textus in l. si sterili 21. §. 1. de act. empti & vend. ubi ex promissione hæc forma: *Nulli alii quàm tibi vendam* ante est actio, quàm si res alii vendita sit. Et ratio est, quòd conditio nihil potest sui eventum. Covar. d. §. 1. n. 6. & seq. Covar. d. e. 21. numer. 13. & seq. Sanchez d. disp. 19.*

Quid si hæc forma quis utatur, *Volò te uxorem, & nullam aliam nisi te?* Resp. Hæc dici eam ponere pura sponsalia, quòd conditio, quæ antedictæ formæ subestat, remittitur per verba, *Ducam uxorem, & nullam aliam nisi te.* quod facit non tantum esse

tionem ducendi aliam, sed & adfirmationē ducendi hanc. Ut ponat consensum purum de ducendo istam, atque ita sponsalia. Covarr. d. §. 1. n. 9. Gutierrez. d. c. 21. n. 17. 19. Et 20. Ut verbum præsens, *Duco uxorem & non aliam nisi te*, tacite poneret matrimonium, propter consensum, qui de præsentibus exprimitur isto verbo.

14 Dubia est & hæc forma, *Accipio te in crastinum*. R. Videtur ea tantum sponsalia iniiri: nam licet verbum, *Accipio*, sit præsentis temporis, tamen ut adfectum & tractum in futurum habeat, facit subiecta clausula, *in crastinum*, quæ impedit verbi istius de præsentibus effectum. Putant tamen aliqui, suspendi potius consensum in crastinum, cumque tum poni & purificari. Sed tunc dicendum foret ejusmodi clausulam esse loco conditionis; quo non videtur posse dici. Et facit, quod ut expressè per hanc clausulam, *Cras eris mihi uxor*, adveniens dies non ponit matrimonium, ita nec hæc, *in crastinum te accipio*, cum nihil aliud ponat quam præcedens.

15 Q. An censentur iniiri sponsalia per verba de præsentibus inter eos, quibus obstat ætas? R. Ita videtur, ex juris interpretatione per c. 8. 10. Et fin. iij. seq. de spons. impub. c. 1. §. idem quoque eod. in 6. quod videantur partes aliquid agere voluisse: ut cum matrimonium perficere, jure obstante, non potuerint, saltem sponsalia sub eo comprehensa contrahere voluerint, jure permitteente; ut actus invalidus eo modo quo fit, sustineatur eo modo, quo potest, jure assistente, arg. l. Tam angustis D. de servit. Et argumento eorum quæ tradita sunt, D. de jure codicill. institutionem scilicet directam in codicillis positam obliquari; atque ita non obstat regula. Quod non valet, ut agitur, non valet, ut valere potest. Covarr. hic p. 1. c. 2. n. 2. Vid. Sanch. lib. 1. disp. 20. n. 1. Et 2. Et disp. 21. n. 1. 2. 3.

16 Sponsaliorum effectus est, quod obligent ad implementum, cap. ex litteris 10. cap. Requisivit 17. h. t. eo modo, quo promittens contrahere tenetur ad contrahendum, l. Si fideiussor al. l. Si cui legitur §. si meminisse de leg. 1. & quidem sub peccato mortali, cum agatur res alicuius momenti, cujus omissione graviter pars injure quaesito læditur. Quæ ratione in can. Abo 47. XXVII. q. 2. jubetur sponsa abducta ex-

communicari, nisi ad sponsum redeat, Co. 1. c. 4. n. 2. Et seqq. Sanch. 1. disp. 27. Et allegati. Neg; liberat præstatio pœnæ, quæ nec rectè apponitur matrimonio, propter eorum libertatem, ut dictum D. h. t. n. 10. & repetetur inferius: ut nec liberat commissio artharum, quæ non censetur appositæ hoc fine, ut earum commissio altera pars liberetur, sed in signum contractuum sponsaliorum. Quod multo magis obtinebit, si juramento fuerint confirmata; cujus major est observantia, gravior violatio, propter religionem. Et hoc ita in puberibus: imputeres enim liberè recedunt à sponsalibus tempore pubertatis, inf. tit. seq.

Dubitarur autem, intra quod tempus sint perficienda. R. Diem conventum servandum esse alias data opportunitate ea esse implenda, quia sine die promissum præsentibus die debetur, l. In omnibus 14. D. de R. I. nisi alter jus suum remittat dilationem dando, expressè vel tacite, Vid. Sanch. 1. Disp. 28.

18 Quæstio item est, An quis præcisè cogi possit sponsalia implere? R. Ecclesiam habere potestatem absolute aliquem cogendi per censuras, d. c. Ex litteris 10. h. t. cum ex justitia obligetur reus ea complere; nisi perfectiora medietur, argumento eorum, quæ dicta sunt supra de conversione conjugatorum. Ubi non rectè quis objecerit matrimonium metu contractum esse nullum, nam hoc verum est in metu injustè incusso, qui hic non subest, cum sponte reus obligationem subierit, quam implere tenetur. Non solet autem Judex uti nisi moderata coactione, ne difficilior succedat eventus, cum impediatur animorum societatem & propter consensum libertatem deficientem causet perpetuum dissidium. Unde Judex, si videat partem obstinatam, monebit potius quam coget, c. Requisivit 17. h. t. ut peiora vitentur: etiam si juramentum interveniat, quod non facit cessare ipsius coactionis periculum, Et licet reus non sit extra peccatū, idque grave si temerè sit contumax, ut per censuram cogi possit, d. c. 10. h. t. maluerint tamen Canones minus malum tolerare ad evitandum majus. Covarr. d. c. 4. num. 4. Et 5. Sanch. 1. Disp. 19. Gutierrez. can. quæst. lib. 1. c. 18. n. 10. Et De juram. p. 1. c. 51. n. 4. Pontius lib. 12. c. 6. num. 2. Et seqq.

Quæritur & de eo, An qui sicte promissit, 19
Bbb
tenc.

teneatur? R. Promittentem, animo quidem se obligandi, non tamen implendi, omnino teneri, cum vera sponsalia inserit, à quorum implendorum obligatione nequiquam eximit intentio contraria non implendi. Nam posita obligatione, tanquam procedente, naturaliter inferitur implendi necessitas, tanquam consequens, *arg. l. 1. §. 1. D. Si usus fr. per. ubi legans usufructum loci, inutiliter dicitur adicere, ne hares praestet viam. Sanchez. 1. Disp. 9. num. 2. ubi alios in simili casu allegat.* Quod si promissio tantum fuerit externa, citra animum se obligandi, ea nec ponet sponsalia, neque ullam ad illa obligationem, quae confurgit ex voluntate privati hominis, legem hanc tibi ponentis: ut illa cessante & haec lex cessare debeat. Neque enim verba ligant citra consensum, sine quo nulla obligatio. Non est tamen talis externa promissio immunitas à gravi peccato, propter perniciosum mandacium; nisi vel necessitas excuset, ad evitandum scandalum, vel promissio non sit mutua, nec inde damnum redundet in foemineam, vel facile fuerit alteri colligere esse iocofam ex circumstantiis. Sanchez *d. disp. 9. n. 2. Diff. Pontius lib. 12. c. 2. n. 7.*

20 Quid si ex causa ficta istius promissionis virgo se dehorati passa sit? R. Esse quidem, qui putant non teneri praecise promittentem ducere virginem, sed posse liberari dotem constitutendo, quod iustitia commutativa tantum postulet reddi aequale, atque ita satisfieri in pecunia. Verum contra dicendum, iustitiam commutativam ex gere, ut detur id, quod debetur: neque enim aliud pro alio invito creditore obtruditur, *l. 1. §. 2. in fine. D. Si cert. per.* Nec facit, quod haec materia spectet ad contractum innominatum. Facio, ut facias, in quo non est praecise actio ad promissum, sed venit inter se. *l. 5. in fine D. De praescript. verbis.* secundum ea quae traduntur *D. eod. tit. C. De rer. permutat.* Nam illa accipienda in casu, quo est damnum reparabile, quale non est hic. Navar. *in summa c. 16. num. 17. & 18.* ubi hoc limitat, nisi excusaret inaequalitas magna, ex causa nobilitatis & divitiarum: nam ea facit, stultitiae & temerariae spe matrimonii virginem fuisse inductam, ut ei non sit profutura: ut & si ex verbis vel alijs conjecturis conjectare poterit fallacem animum, cum non stultis,

sed errantibus jura subveniant. Quod & si dicitur, si ex matrimonio securum te prope scandalum, exitus ve difficiles timeantur, quibus tamen casibus non erit liber promittentem parando aliter detrimento amittit a virginem. Ad quod & tenetur, si ad eam ducendam datur inhabilis per inicum cum alio matrimonio aut professione, aut susceperit nomen sacrum. Quod si virgo putata virginem erat, liber est ab ea ducenda, imo & liber restituendo damno, si ab ea quasi virgo inductus ad copulam, quia non tum tamquam deceptus est; decepti autem non veniunt jura. Quod si virginem se non recavit, pro tali tamen habita fuerit, non tenetur teneo virginitatem, quam non potest compensare, tenetur tamen obsequium datur & ad deceptionem & ad coactionem. *l. d. l. Vid. Sanchez lae 1. Disp. 10. num. 2. & eius contradictor Pontius d. c. 2. §. 1. num. 2. & segg. Ferdin. Rebellus de obligat. lib. 3. q. 8.*

Quid si postea fornicetur? R. Velle quod aliquos, promissorem nihilominus tenetur restitutionem, propter damnum ante ducendum, à cuius restitutione non liberatur ex datione, non teneri tamen ad ducendam, quod ex eo, quia res integra esse debet, si ratur sit ab obligatione ista. Verum dicitur etiam liberum esse promissorem à restitutione damni, cum tantum promissorem caute: quae obligatio quia culpa puellae nihil superest, ad quod possit dici tenetur missor sublata obligatione, qua sola tenetur, quae eo invito non potest mutari. Quod & dicendum, si corruptor nuberet, aut patet eam tradere corruptoribus, quia videtur obligatio remissa. Ad hoc poenitentia ducta, postea ei nubere licet, rata, non videatur cogendus eam ducere, preterea quod obligatio semel extincta non viviscat, invito debitore, *arg. l. 1. in. Ca. condit. insertis; & l. cum ex causa C. de pign. Vid. Sanch. d. disp. 10. num. 19.*

Habuerunt & cum effictum olim habitum, quod per copulam subsequenter contraherint in matrimonium, quem etiam nuptiarum die habent in locis, ubi Conc. Trid. non acceptum, quoad decretum de matrimonio.

que ex præsumptione juris & de jure, *e. veniens* 18. *q. c. 11 qui fidem 30. h. t.* quam induxit Canon ex eo, quod judicaretur accedere ad sponsam carnaliter, præmissam promissionem potius velle deducere ad effectum, quam crimen committere, accedendo spiritu fornicario. Ita ut probatio in contrarium non admittatur, quæ non solet opponi præsumptioni juris & de jure, uti dictum supra, *tit. de præsum. nec protesta-* tio contraria quidquam operetur, quod sit factum contraria, & alias induceretur præsumptio criminis contra leges. Nisi tamen sponsa vi præcisâ cognita probetur, Exemplum est in ea, quæ postea Religionem vult ingredi, quæ non potest ex eo repellere, quod sit supra, cum nuptiæ sint invalidæ, propter defectum consensus ex parte mulieris, propter vim præcisam, *e. Sacris sup. de his qua vi q. c.* Ut ceteris dictorum Canonum præsumptio & ex ea decisio. Barbosa *D. Solutio matrim. ad Rubr. p. 2. n. 106.* Habebat autem hic effectus locum olim in sponsalibus cum certa iuris.

23 Ut dubitetur, An & illi sit locus in casu, quo quis ex pluribus unam ducere promissit? Resp. Hoc quosdam negare, quod eo in casu non ponantur sponsalia, quæ in eadem cum determinata, & cum una, uti nuptiæ. Copula autem superveniens non nisi vera sponsalia faciebat olim transire in matrimonium. Henr. Bohic. *ad. c. Existeris 10. n. 2. h. t.* Probabilius tamen alios adfirmare, eo quod, licet ante electionem non sint pura sponsalia, per eam tamen secutam fiant absoluta. Electio autem fit per copulam, per quam & purificatur conditio, atque ita sponsalia transeunt in matrimonium. Covarr. *d. c. 4. §. 1. nu. 25. Menoch. De præsumpt. lib. 3. c. 1. num. 13. & 14. Sauch. 1. Disp. 26. num. 7. q. 8.*

24 Inducit autem hanc præsumptionem actus conjugalis post sponsalia habitus, non item præcedens: neque enim subsequens promissio aut consensus trahitur retrò ad purgandum actum præcedentem. Erat etiam copulæ tantum hic effectus, non etiam tactibus, osculis, amplexibus & similibus impudicis, deductio in domum, cum copulæ non æquivalent, uti nec conatus ad copulam, *e. fin. h. t.* ex quo, cum non habuerit effectum, non potest præsumi conjugalis consensus. Quando enim jus

ex facto quodam aliquid præsumit, oportet illud sit perfectum, *e. x. inf. tit. 10. De natis ex lib. ventre.* Verum cum hæc aliter se habeant ex Concilio Trid. recepto in his atque aliis quibusdam Provinciis, quo requiritur, ad effectum validi matrimonii, coram Parochosuo & testibus sit contractum, ut dicitur *inf. Tit. 3. siu-* straneum est hac de re pluribus agere.

25 Quæ de effectu sponsaliorum sunt dicta, ea- tenus obtinent, quatenus non subest causa eorum dissolutionem permittens, non tantum ex partium mutuo consensu, cum jus quæsitum invicem remittere liceat, *l. pen. Cod. de pactis,* in iis scilicet, quæ non possunt vinculum indissolubile: & quidem sine peccato, cum novum quodque per eandem causas dissolvatur, per quas nascitur, quando tantum agitur de jure partis, cujus ordinis sunt sponsalia, etiam jurata, *e. 2. h. t.* Nam & juramentum factum in favorem alicujus ab eo remitti potest, cum ejus tantum interest, secundum dicta supra, *ad t. de jurejur. n. 78.* Non tantum, inquam, ex mutuo partium consensu, verum & parte altera in vita, etiam inter puberes inita.

26 Et quidem Primò per ingressum in Religio- nem approbationem cum liceat ingredi spò- se de præfenti, ut dictum sup. *tit. de convers. conjug. quidni & permittetur spò- x de futuro:* cum nemo sit impediendus aspirare ad statum vitæ meliorem, vinculo civili, quod & hac in re aliquod subest, soluto per mortem civilem. Nec obstant juramentum, cum ex iisdem causis solvantur jurata, quibus simplicia: habent enim eandem tacitam conditionem, & juramentum sequitur naturam actus, cui apponitur *l. fin. Cod. de non num. pec.* * Non est autem hoc casu expectanda mors civilis, quæ inducitur per professionem, cum sufficiat adsumptio habitus, quæ dat licentiam alteri parti resiliendi, si velit, cum vinculum non sit indissolubile, & subest causa quæ præcognita merito fecisset alteram partem involuntariam, quia grave sit ei nubere, qui gestavit cappam: quod est in se sit laudabile, est tamen aliquo modo ignominiosum apud sæculares. Navar. in *Summa c. 22. n. 26. Sauch. 1. disp. 42. n. 2. Pont. lib. 12. c. 10.*

27 Ubi quaeri posset, An adsumptio habitus li- beret etiam ipsum ingressum, ut, *e. d. vj. llo,*

28 Bbb 2 non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non teneatur sponsalia implere, si alter exigat? R. Verius esse, ingredientem, licet bona fide, non liberari à promissione, sed postea egressum teneri eam implere; ita altera parte exigente, necdum jure suo privata, ne privilegium concessum, ratione ingressus, pro sit eidem egresso, in præjudicium alterius, cum privilegia jus alterius diminuentia sunt odiosa, & strictè accipienda. Deinde contingeret aliquem suo se facto liberare ab obligatione, cui se obstrinxit, quod non est admittendum. Nec facit argumentum sumptum à professione, quæ solvit matrimonium; quia illud hic non procedit, cum novitiatus nihil novi inducat in ingresso, qui per eum non mutat statum, & mori non censetur civiliter. Ut non debeat posse auferre privilegium & jus alterius. Præterea non procedit argumentum à simili, quando subest odium, uti hic Sanchez *2 d. l. n. 4.* Ordinis quoque majoris susceptioni adest vis dirimendi sponsalia, uti dicitur *infra, Tit. 6.* ubi etiam tractabitur, quatenus votum simplex sponsalibus obstat.

29 Hic verò etiam illud quæri potest, An qui de matrimonio intra certum tempus ineundo fidem juratò dedit, possit, eo non obstante, ingredi? R. Videri prima facie id licitum non esse, per text. in *cap. commissum 16. h. r.* ubi Alexander III. ait: tutius esse, talem primum contrahere, & tum ingredi ante copulam. Facit argumentum dictum *ex cap. 6. sup. de jurejur.* ubi qui juravit usuras solvere tenetur, in reverentiam juramenti, quas tamen solutus repetit. Sed verius est, posse ingredi Religionem, contracto prius matrimonio. Fundamentum sumitur ex eo, quòd sponsalia intrinsecè involvant hanc conditionem, nisi alter contrahentium ad Religionem transire velit, juxta *e. Ex publico sup. De conversi. conjug.* quod cum loquatur de sponsalibus de presenti, multò magis obtinebit in iis, quæ sunt de futuro. Adde, quòd res sit periculosa prius contrahere, quia exponeret se talis periculo mutandi animum per consummationem. Facit, quòd juramentum sequatur naturam actus, cui adjungitur, ut reus perjurii nequeat haberi intrans.

30 Ad *d. e. commissum* variæ dantur solutiones. Aliqui volunt eo potius posteriorem sententiam firmari, quòd dicat, esse tutius, ut non sit necessarium. Sed hæc interpretatio minus

secura, cum melius sit ex objecto Religionem ingredi; cuius status semper cœlestis est. Alii aliter respondent, sed minus à veritate. Melior interpretatio illius *Cap. videtur* quòd Pont. ibi agat de eo, qui non habet matrimonium deliberatum intradante tempore fixum, cui suadet, contrahat potius, quam iurium incurrat, cuius incurrendi potius exponeret propter tempus instans, quam lapsum se obligaverat juratò ad contrahendum matrimonium, & postea, si velit, diat. Ut *d. e. 16.* non agat Pont. de eo, qui simpliciter est animus deliberatus intradante, qui dubius est, ut patet ex verbis, *quod elegeris.* Ita Innoc. *ad d. e. Commissum l. p. 1. c. 5. n. 11.* Quæ interpretatio, ut sit utilis, tamen dubia, cum ita acceptio non sequeretur, Pontificem non debuisse tutius esse, sed necessarium esse. Deinde interpretatio supponere videtur, quæ sufficienter non colliguntur. Ut dicatur Pontificis responsum non fundari tantum solius juramenti quàm etiam in eo, generaliter loquendo, post talia sponsalia interesse possit ad honorem & famam ante initum matrimonium delectari, ut ut videatur saltem indirecè pertinetur sciti juramenti reverentiam, ut fiat commissum, si ita velit sponsa. Nam ad hoc gatur sponsus, quòd sponsæ est ius, est salvum, quamdiu imminet scilicet culum. Quòd facit, quòd tradit *Nazarus in fine sup. de voto,* cavendum esse, ne quæ inde contra sponsum nascatur. Ut dixerit Pont., tutius esse, ut si nullum sit le periculum, tunc sine scrupulo possit nudò ingredi. Quòd si subest sponsa potius vel impedimentum sui boni propositi, non obstante nocimento sponsæ, non ingredi, quia hoc nocimento spirituale valet illius temporali. Qui post votum tatis tale juramentum præstitit, nullo modo obligatur, quia cadat in materiam illius, quale non tenet, ut dictum supra *de pœnit. 46.* Qui post istam obligationem votum talis prius matrimonium contrahere, non ingredi, quòd exponat se gravi peccato, sed consummari, & votum violari.

obstrictus est: non tantum si solemne votum emiserit, quod etiam sponsalia dirimit, verum & simplex religionis, quia & hoc sponsalia dirimit, ut dicitur infra. *Tit. 6.* Nisi alio modo sponsus non possit Religionem ingredi, aut subsistere metus majoris mali, si ante non contrahat, aut etiam scandalum, aut infamia alterius, quæ ponunt iustâ causâ permittendi contractus matrimonii, modo tamē illi sit firmus animus post contractum intrandi Religionem. Navarr. in *Summa c. 16. num. 30.* Sanchez 3. *Disp. 43. nu. 6. & seqq.* Pont. *lib. 12. c. 10. num. 9. & seqq.*

31 Quid si sub promissione matrimonii obtenta fuerit copula? R. Ex dictis satis constare, tunc omnino teneri autē contrahere, propter partis & prolis detrimentum, quod evitare tenetur: non potest autem aliâ viâ, quàm contrahendo. Navarr. *d. Conf. 3. in fine*, Sanchez 1. *Disp. 44.* Quo casu non videtur postea, alterâ parte invitâ, ingredi posse promissor, etiam ante consummationem, cum per contractum matrimonium non liberetur ab obligatione, nec sufficienter resarciat injuriam virginittatis & honoris. Non obstant voto religionis, quod interea emisit, quia illud emitti non potuit in injuriam alterius.

32 Secundò, Solvuntur sponsalia per matrimonium cum alia subsequens, licet non desit peccatum, propter violatam fidem, etiam necdum secuta copula consummatum, *cap. Sicut. 2. 2. h. 1. c. 1. inf. c. 1. 4.* Ratio est, quia matrimonium ponit jus in rem, quod est potius jure ad rem, quod oritur ex sponsalibus, *arg. l. Quoties 15. C. De rei vindic.* Ubi nihil facit copula cum verba de præfenti ponant jus in rem matrimoniumque perficiant. Unde sequitur, rectam posse libere cum alio contrahere.

33 Quid si matrimonium fuerit contractum nulliter? R. Sponsalia non dissolvi, quia non præstat impedimentum quod non de jure non sortitur effectum, *c. Non præstat De R. l. in 6. ubi*, Joan. Andr. *num. 12.* Et hoc quoad contrahentem matrimonium; itam quoad alterum certum est, illi liberum esse inire nuptias cum alio, quod contrahens, licet invalide, declaraverit tamen per hoc se renuntiare sponsalibus, & liberare; quantum in se est, partem suam. Neque enim debet esse in cuiusque arbitrio, quosumque modo se liberare à nexu, quo tenetur.

Navarr. in *Summa cap. 22. num. 26.*

34 Quæstionis est, An per matrimonium validum ita dirimantur sponsalia priora, cum alio inita, ut, eodem soluto, non teneatur postea implere priora, parte petente? R. Aliquibus non improbabiler videri, non teneri, eo, quod obligatio sit extincta per matrimonium. Obligatio autem semel extincta non reviviscit sine utriusque consensu, ne quis invitatus in obligationem trahatur, *l. Qui 89. §. arcam D. De solutionib. Sanchez 1. Disp. 48. n. 3.* Posset tamen probabilius alicui videri non ita liberari contrahentem ab altera, quo minus, dissoluto matrimonio, teneatur eam, cum qua sponsalia contraxit, ducere, nisi sit alia causa impediens. Ratio est, quod non tam extinguatur ex sponsalibus orta obligatio, quàm potius suspendatur, ob majus vinculum; quo durante sine effectu est obligatio ad sponsalia. Sublato autem vinculo isto, redit efficacia prioris obligationis, ne alias sit in alicujus arbitrio se liberare ab obligatione pro lubitu suo. Facit huc argumentum *d. l. Quoties C. De rei vindic.* Ubi res secundo vendita & tradita non potest primo tradiri: non est tamen liberatus venditor ab obligatione, quâ primo tenetur: ad eod. ut, si rem postea consequatur, cogi possit eandem tradere primo, nisi eidem ante satisfactum fuerit. Facit &, quod post sponsalia ingressus Religionem, liberetur eatenus ab obligatione; regressus tamen teneatur implere sponsalia ante inita, si pars velit, ut colligere est ex traditis *sup. ad tit. De convers. conjugat. Vide Pont. lib. 12. c. 13. nu. 4.*

35 Sponsalibus posterioribus non est vis dissolvendi priora, ne quidem juratis, cum nihil plus virium habeant prioribus non juratis, *c. Sicut 22. hoc tit.* & juramentum hoc casu attendi non debeat, quia fit super re alteri debita, atque ita iniquum. Ex parte tamen illius, cui fides data erat, rectè dicentur soluta sponsalia, quia non violant fidem, secundum supra, *ead. nu. 37.*

36 Quid si subsequuta copula cum posteriori faciat dissolvi sponsalia priora? R. Hoc esse dicendum in locis, ubi non est publicatum Concilium Trid. nam secundum jus vetus copula sponsalia subsequens ponit matrimonium, ut dictum supra, & repetetur inferius. Tantum est

est questio in locis, ubi Trid. est receptum: & videtur juri conformis, non dissolvi priora, atque ita primam, non etiam secundam sponfam habere eius cogendi adimplere sponsalia, nisi prior juri suo renuntiaverit. Est enim irrita fides posterior, propter priorem, & copula per se non facit irritari sponsalia: ut per eam injuria illata secundæ non debeat præjudicare priori, cujus reparatio alia via prosequenda, quam si consequi nequeat, imputet suæ facultati. Posset tamen æquitas, ratione gravis injuriæ & damni ex desolatione accepti, aliud postulare, ut scilicet cedat prior non cognita eo in casu posteriori, si modò fuerit bonæ fidei. Nam si conscientia fuerit sponsaliorum cum alia, nihil est, quod eam excuset, Dico, non cognita; nam si & cum priori habita fuerit copula; nulla est ratio, quæ eam postponendam secundæ suadeat, cum cæteris paribus qui prior est tempore potior sit jure. Rebel, p. 2. lib. 4. qu. 8. nu. 58. Pont. d. lib. 12. c. 14. nu. 3. & 4.

37 Tertio, per supervenientem adfinitatem, c. *Litteras inf. tit. 13. De eo qui cog. consang.* quia fides devenit in casum, à quo inchoari nequit, adfinitate impediens matrimonium, ut plenius dicitur infra d. tit. 13. Idem est, si superveniat cognatio legalis, de qua Tit. 12.

38 IV. Per discessum alterius in longinquam regionem, altero non monito, etiam si sponsalia sint jurata, nisi de proximo reditu sit spes, c. *De illis 5. b. t.* aut nisi profectio sit necessaria; tunc enim durant sponsalia, & expectandus est secundum jus civile patienter reditus, donec causa durat, l. *Sapè penult. b. t. D. eod.* Sin absque causa alter discesserit, jura civilia præscribunt triennium, quo sponsa expectet, si extra provinciam sponsus ierit, & nesciatur, ubi degat, lib. 2. c. *De repud. si verò intra provinciam, biennium lib. 2. C. De sponsalib.* Canones verò videntur indistinctè dare licentiam ad alia vora aspirandi, d. *cap. De illis b. t.* ubi nullum tempus apponitur: ut hac in parte videatur recessum à jure civili. Et ratio est, quia qui sic discedit, videtur juri suo renuntiare, & partem suam liberare, licet ipse teneatur, si alter velit, ne commodum ex facto suo reportet. Covarr. hic p. 1. cap. 5. num. 7. Et hoc, si nesciatur, an congruo tempore sit rediturus: nam si verosimilis sit spes reditus intra tem-

pus jure civili præscriptum, cessante periculum incontinenti in sponsa, aut in cessante, securus est expectare, propter quod sponsalia non sint facillè dissolvenda, quoad fieri potest, sine partis injuria, quod, ut firma potius maneat. Ut dicitur sit, d. c. 5. procedere in casu priori. Sponsa sentente ex licentia sponsæ, etiam hinc est, quod si illius reditus, quia contententio test dici facta injuria: uti & si in partem ejus reditus, secundum d. c. 5. quod agere mittente terram, & ad alias partes emittente, quod denotat diuturnitatem. In loco propinquo, requirendus est commissio complendam intra certum tempus, si iusto teneatur impedimento, non tamen sponsalia ditimenda, nisi, attendente sponsæ, periculum illi sit in mora. Varr. d. loco in fine. Vid. Rebel. ubi sup. p. 1. lib. 1. Disp. 54. per tot. & ab eo citati, lib. 12. c. 15.

V. Lapsu termino, matrimonio non habendo præstituto; cum intra certum tempus mittens, eo lapsu obligari solet, quam licet terminus est appositus limitationis, ejusque extinguentur causa, l. *cut 2. b. t. l. Fideiussor 29. §. fin. D. Manu. ramentu casu is, per quem iterit, teneatur minus, si altera pars velit, ne cuiquam eorum sua malitia impedire obligationem verò terminus sit adjectus ad solvendum obligationis effectum, id est ad completum tempus, cujus lapsu debitor teneatur in mora, tunc lapsus termini extinguit obligationem, cum sint quali dicti tractus, unus faciendi, alter intra certum faciendi, l. *Cessus 25. §. 1. D. De recept. verb. si intra terminum non fiat, non postea lata omnino obligatio. Covarr. d. c. 5. Rebel. d. qu. 8. nu. 18. Sanchez l. Disp. 11. d. lib. 12. c. 16.**

VI. Per supervenientem fornicationem alterius, sive spiritualem, ut hæreticam, aut siam, can. *Non solum xxviii. q. 1. postquam* culum, sive carnalem, cum subest conditione, si contra matrimonium non fuerit, c. *Quemadmodum 15. sup. De pœnit. Glof. & Abbas.* Si tamen innocens vellet teneus implere promissionem, ne sua sit

malitia; fit enim hæc dissolutio tantum arbitrio innocentis, non etiam ipso facto. Idem videtur dicendum, si sponsa tangit osculari se libidinose pariat; sicut enim hæc signa animi impudici. In sponsa hæc aliter se habere videntur, quod ei ista non sint tam inhonesta, Covarr. d. c. 5. nu. 2. Rebel. d. loco nu. 5. Sanchez 2. Disp. 55.

41 Quid dicendum de sponsa vi præcisâ divirginata? R. Nihil magis cogendum esse sponsum ad compleendam promissionem; cum licet nulla subfit sponsæ culpa, res tamē non sit integra sed notabiliter vilior, ut merito causetur iustum dissentium. *Glos. in d. c. 25. V. oculis, per cas. Raptor xxvii. qu. 2. Abbas in d. c. Quædam modum nu. 12. sup. De iurejur. Covarr. d. loco nu. 2. Sanchez. 1. Disp. 55. nu. 7. Nec faciet quidquam iuramentum, quia sequitur naturam actus, nec excludit subintellectam conditionem.*

42 Quid si uterque sit fornicatus? R. Poni ab aliquibus compensationem, atque ita à sponsalibus recedi non posse, quod in causa matrimonii uterque sit æqualis. Contrarium tamen verius esse, quia locus esse nequit compensationi, nisi in paritate; hic autem non est paritas, cum multo gravior sit fornicatio sponsæ, utpote gravem notam ei inrens, quam viri, ut multis tradit Tiraquei in *Legib. conub. l. 1. Et patet ex eo, quod fornicatæ meretrici non licet filiam exheredare, l. In arenam C. De inoff. testam. patri tamen concubinario filiam meretricem exheredare licet, Covarr. ad c. Raynurius in princ. nu. 15. De testam. Nec rectè obijcitur, quod adulteria utriusque compensentur; nam hoc, quia matrimonium est indissolubile; sponsalia verò facilius ob mutationem aliquam solvuntur.*

43 An fornicatio præcedens ignorata causet dissolutionem? R. Id aliquos negare, inter quos est Abbas ad d. c. 25. per tex. ibi; ex ratione, quod præcedens fornicatio non contineat iniuriam contra sponsalia necdum inita. Quorum opinio in sponso potest procedere, cuius fornicatio non reddit illum viliorē, nec infamiam inurit fornicatæ; nisi tamen sæpè fuerit repetita, quia sic præbet probabilem suspicionem non servandæ conjugalis fidei, ut res illa data sit iustam dissolutionis causam. In sponsa tamen omnino verior est adfirma-

tiva, cum ei sit infame amisisse virginitatem, quæ & ideo vilior est, & viro ignominiosum, corruptam ab alio ducere. Ut hac de causa merito iudicetur invitus non habiturus rem talem, qualem putabat. Nisi tamen sponsus eo animo adfectus fuerit, ut etiam vitii conscius, eam nihilominus duxisset, quod non possit videri deceptus, Navar. in Summa c. 22. n. 27. vers. Nono. Pont. d. lib. 12. c. 18. n. 2. Pro hac parte facit et textus in l. 5. §. 2. vers. siquidem C. De sponsal. ubi non dissolvuntur sponsalia per hoc, quod mulier præcivit turpem vitam sponsi. Ubi vis ponitur in scientia: ut non obstat d. c. 25. in cuius principio, dum negatur sponsa, cui futuræ data fides, rejici posse, quæ ante sponsalia est fornicata, accipiendum de ea, quam sponsus probabiliter non ignorabat esse fornicatam.

44 Quid si fuerit vidua, quæ virgo putabatur? R. Videri ob hanc causam sponsum non posse resilire à sponsalibus, propterea quod licet vidua sit vilior virgine, eius tamen conditio non sit turpis. Verum videtur & hoc in casu deesse animus, ex eadem causa, ut aliqui volunt; non quidem propter irregularitatem, ratione bigamiæ, cum parum de statu Ecclesiastico cogitent matrimonium ineuntes, sed quod virginem ducere pluri æstimeretur, quam viduam.

45 VII. Per notabilem deformitatem supervenientem ut amissionem oculi, nasi, paralyfin, morbum alium contagiosum, aliamque infirmitatem, qua onus sponforum. alteri fastidiosus vel notabiliter debilis ad onera matrimonii subeunda redditur, d. c. 25. §. c. fin. inf. De coniugio leproso. Videtur enim subesse conditio, si res in eodem statu manserit. Covarr. d. c. 5. nu. 2. Navar. in Summa c. 22. n. 27. vers. Octavo, Rebel. d. qu. 8. n. 57. Sanchez 1. Disp. 56. Pont. d. lib. 12. c. 17. n. 4. Quod tamen videtur ad omne illud superveniens, quod præcognitum communiter talis conditionis homines averteret à contrahendo ex ratione, quod generali obligatione non videantur ea conclusa, de quibus non est cogitatum, aut quæ præcivta impedivissent obligationem, c. Veniens 16. sup. De iureiur. Veluti si agnoscatur notabilis morum asperitas & sævitia alterius; si capitales inimicitia inter sponfos oriatur, arg. l. 3. §. fin. De De adempt. legat. quia ponunt istæ causæ.

causae & similes notabilem mutationem, causantque difficiles exitus, c. 2. h. t. & divortium quo ad rhorum. c. Litteras sup. De restit. spo-
lias, ut à fortiori debeant causare dissolutionem sponsalium. Navarr. d. nu. 27. vers. Undecimo loco. Sanchez 1. Disp. 58.

47 Quid si bonis labatur, quae dives erat? R. Gl. d. c. 25. V. oculis, velle, non causari ea ex causa dissolutionem, quam sequitur Covarr. hic p. 1. c. 5. in princ. n. 5. Barbosa ad Rubr. D. Solutio matrimonii. p. 4. n. 31. & alii; quasi sponso sit impetandum, quod nullam dotem sit pactus. Videri tamen non improbabilem eorum opinionem, qui volunt ex paupertate causari dissolutionem, quia ponat notabilem mutationem propter onus novum, quod praecognitum avertisset alterum à contrahendo. Quod magis procedet, si dos promissa recusetur. arg. c. De illis inf. tit. 5. De condit. appof. Navarr. d. c. 22. nu. 27. vers. Duodecimo. Sanchez. Disp. 59. nu. 4. * Videretur

48 & idem procedere, si, cum sit dives, dotem constituit sponfa recuset, licet sine ulla dotis mentione, quis eam se ducturam promiserit, etiam cum iuramento. Nam licet matrimonium constare possit sine dote, non tamen est decens & honestum, & tacite de ea danda actum videtur pro dignitate mariti, ut tenet Bald. in c. Iuravit nu. 3. & 4. sup. De probat. Menoch. arbitr. 2. casu 455. nu. 6. Sanchez. 1. Disp. 60. nu. 2.

49 Q. An ad hanc dissolutionem opus sit auctoritate iudicis? R. Ex natura rei non requiritur propter tacitam, quae subest, conditionem, quae non expleta facit nihil videri actum. Et hoc in casibus, quibus de iure & facto impedimentum est notorium, & citra scandalum sic dissolutio. In occultis impedimentis opus est auctoritate iudicis, ad evitandum scandalum: nisi ipsa sponsalia sint occulta; tunc enim, quia cessat scandalum, sufficit propria auctoritas, Abbas ad d. c. 25. nu. 28.

50 Ad dispensationem quod attinet, ea non spectat nisi ad Pontificem Rom. cum agatur de iure alteri quaesito, quod nullus, praeter supremum Principem, auferre potest. Et facit c. Ex litteris 10. h. t. ubi Pont. praecipit Episcopo, ut sponsum, qui iuravit contrahere, compellat, si non obstat causa rationalis: ut non possit dispensare Episcopus, quia non disponit super iure superioris, ut notissimum est.

Sponsalia de futuro subsequuntur ea sunt de praesenti, de quibus potestior ratio pars agit, quae alias dicitur Nuptiarum nomen deductum ab eo, quod sponsa vocatur, quia de futuro causa, obnubi solitum, cum ad deducere. Dicitur & Matrimonium sumptum a etymologia à matris conjugio, ideo, ut quidam volunt, quod mulier pro rea nubat, ut mater fiat; nam & patrum dicitur, ut videtur, cum & vit desideret esse, sed rectius, secundum Gregorium IX. sup. De convers. infidelis, propter laboratum ante partum, tum in partu, tum post partum mater sustinet.

Nuptiae sunt viri & mulieris conjugium dividuum vitae consuetudinem continentis De patria potest. sive omnis vitae contractum, divini & humani iuris communione. De ritu nupt. Dicitur individua quoad dissolutionem scilicet, quia nuptiae ea interduciuntur, ut essent perpetuae & sola morte dissolventur. Quod facit, quod tradit Christus, ut nuptiae caput hinc amicitia soluta, non nisi causa, quod d' ad effidit ureretur. Hinc id est Flamini uxori, cui dicitur ium hinc licebat. Dico, quoad intentionem, quae non iure civili, divortia fuerit permilla. De vort. & Cod. De repud. non etiam iure canonum, ut dicitur inferius tit. de divort. parte differunt nuptiae à concubitu, iuxta à concubina: haec enim concubitus causa, quam diu liberet, in domum pertinet, illa honore & affectione maritali tractatur, quia ex affectu & animo habentur concubitus. Erat autem iure civili extra poenam concubitus, quod per legem adsumpserit, l. 3. in fin. D. De concubitu.

Ubi lubet querere. An & iure Canon possit dici permittitur? R. Si de clericali, uti iis est prohibitus in auctoritate ita & concubinae, sup. De cohabit. Cler. l. Sacris 45. C. De E. v. & Cler. Si de laicis res clara est, ut nemo sit Orthodoxus concubinatum per canones permittitur, adferat, quandoquidem passim xxxii. c. 1. pressissimis & clarissimis verbis Canonum testentur concubinatum: & can. Adhuc Disp. 34. habeatur Fornicari vobis non licet, scias vobis uxores. Concubinae habere non licet.

vobis: *Et si non habetis uxores, tamen non licet vobis habere concubinas.* Quid expressius? Videntur tamen aliud quid insinuare duo loca, si verba captes, in *can. Is qui 4. cum can. seq. d. Dist. 34* qui permittunt uxorem non habentem concubinam habere. Per quos nuperus quidam scriptor, verus sciolus, moveretur, ut dicat Canones sibi contrarios, vel quia piaculum putat hoc fateri, mavult admittere concubinatum eo jure permissum, sub quatuor conditionibus, quas sibi comminiscitur, auctoritate textus in *can. Solet 7. xxxvii. q. 2.* Prima, ut inter coelibes consistat: secunda, absit animus procreandorum liberorum: tertia, adsit fides, ne alteri alter jungatur: quarta, simul maneat ad tempus, donec aliam dignam honoribus & facultatibus suis invenerint. O dignum helleboro caput! Duarum conditionum ibi D. August. meminit, scilicet si inter eos placuerit perpetuo ita manere, & absit animus impediendi generationem. Illa prior nuptias facit, secundum definitionem jam datam; posterior omnino desideratur ad finem matrimonii. Unde eam requirit ibi Canon, non quod sit necessarium, ut ineuntes matrimonium expressè cogitent generationem, sed ac contrarium intendant. Nam licet ille sit precipuus matrimonii finis, qui copulam honestam facit, facit tamen & finis secundarius, scilicet evitandæ continentiae, justum matrimonium. Secunda & quarta conditio falsò adserta ex isto textu non intellecto, vel perperam accepto ab illo Arcadico scriptore, cui plus verborum est quam rei. Nam quantum ad priorem, ut scilicet absit animus procreandæ proles, non ponitur hoc ibi pro conditione, sed facti species ita habet, quod scilicet eo animo non convenissent, ad quam responderetur, intentionem istam non impedit matrimonium, modo non evitanti generationem, vel eam malâ arte impediatur. Nam ille animus impugnetur substantiam matrimonii, atq; ita ipsum impediret. Ut non sit dicendus Pont. nolle nasci libero, sed potius nasci, dum non vult ei rei impedimentum poni per conjunctos. Posterior conditio est falsissimè adserta, contra textum, ab impudenti isto homine, cum Canon expressè adserat, intendentem ad tempus tantum aliquam sibi jungerè, donec se dignam magis juvenerit, animo ipso

adulterum esse, non uxorem, sed concubinam habere, & ut verbo dicam non tam probare, quam improbare concubioatum: nam alias frustra ad tempus, sibi aliquam jungent in damnaret adulterii. Mirum est, infectos Lutheranae aut similis sectæ, quorum sæculum hoc fertile est, facibus plena quoque luce cœcutire, nec eos pudete etiam falsissima quæque proferre, ut aliquid videantur dicere, & populo imponere possint.

Nihil istius tenebrionis somnium promovet text. in *d. can. 4. c. 5.* qui insinuare videntur, licitum esse, uxorem non habenti concubinam habere, eumque ab altari non repellendum, cum ibi *Concubina* nomine veniat uxor non legitimè & palam præmissis solemnibus ducta, uti requiritur, sed occulte, quod respuunt Canones, ut patet ex *can. 1. 2. 3. c. aliis xxx. q. 5.* & ita ductam non dignantur nomine uxoris, quod licet esset matrimonium, minus tamen honestè contractum, *d. can. 3. in fine.* Et esse concubinas, quæ citra peccatum habeantur, patet ex *can. Concubina xxxii. q. 2.* qui dicit, non licere habere concubinas ad tempus ne quidem filiorum causa; perpetuas ergo licet habere. Et appetit text. in *can. 6. Dist. 34. Non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis uxores;* ut liceat tales habere, quæ non dimittantur, secundum regulam, quod exclusio unius sit inclusio alterius; quæ sunt loco uxorum, imò veræ uxores, & in eo tantum à legitima uxore distant, quòd non ductæ solemniter, & non tam intento fine primario matrimonii, eo tamen non remoto, quàm secundario, scilicet vitandæ continentiae. Et hoc modo dicitur *d. can. Solet.* inter coelibes talem contractum perpetuò initum posse non ablutè appellari concubium.

Quæret etiam hic lubet, An matrimonium sit præcepti? R. Impudenter Lutheranos & similis sectæ hæreticos adfirmare, singulos homines ad nuptias obligari; non tantum divino præcepto, sed & naturali, ex eo, quòd matrimonium sit de jure naturali, quale mutari non potest, *Instit. de jure natur. gens. c. civilis, in fine.* Unde est, quòd continentiam etiam Ethoicis probatam oderint, & votum castitatis, virginumque Deo dicatarum congregationes procaciter infectentur, adhærea-



tes suo principitenebrarum, omnis spurcitiae & turpitudinis patenti. Sed, misa facta eorum impudenti adfectione, dicendum, fuisse quidem olim, ante genus humanum sufficienter propagatum, praeceptum, singulos obligans ad conservandum & multiplicandum genus humanum: postea tamen, multiplicatis hominibus, non esse quidem revocatum, ne quidem per Christum, qui caeremonialia licet, non tamen naturalia praecepta per legem novam abrogavit; sed singulos amplius non obligasse; ipsam autem tantum communitatem aut republ. mansisse obstrictam in communi, ut per aliquos ei praecepto, ejusque fini satisfiat, aliqui vero coelibes mancant, sive liberam suam voluntate, sive ex obligatione, quam sponte subierunt per Ordinis susceptionem, aut per votum continentiae. Cujus observationem & possibilem esse, & Deo gratam, quidquid contra effuriant sectarii, patet ex Matth. c. 19. ubi Dominus laudat eos qui se castraverunt propter regnum caelorum, id est qui se continuerunt: & ex Apostolo, 1. ad Corinth. 7. ubi dicit, benefacere eum, qui virginem suam jungit matrimonio, melius autem qui non jungit. Ut necesse sit, rem possibilem esse continere se, & bonam, frustra enim alias; id suaderet Apostolus. Quod si nullus veller contrahere, vel nullus superesset praeter voto obstrictos, qui casus non continget, dato tamen, recte dicitur eos teneri ad matrimonium, ne pacto privatorum praecepto ex naturali obligatione vim habenti praediceretur.

57 Materia matrimonii, circa quam sunt corpora contrahentium, masculi scilicet & feminae, ut in reliquis contractibus res, de qua agitur; non tamen indistincte quilibet. Nam ut nuptiae consistant, oportet contrahentes sint cives Romani; quales hodie sunt omnes, qui Christo nomen dederunt. Cum peregrinis non est connubii jus, quales sunt Judaei, pagani, infideles, *can. Non oportet & can. Cave xxviii. q. 1. Externae provinciae incolae nomine peregrini neutiquam veniunt, uti decisum e. 1. h. i.* Cum haereticis prohibitus quidem est nuptiarum contractus, propter perversionis periculum, inquit tamen tenet, *Gl. in d. can. Non oportet.* Ratio diversitatis consistit in baptismi conformitate, quae sufficit, ut hoc Sacramentum procedat, quod non impeditur per fidei

diffinitatem: quamvis non sine gravi periculo nuptiae a fidei cum haeretico incantantur. Jam dictum perversionis periculum, conformitas deficit in pagano. Ubi tamen est, non tam ex definitione Eusebii, quam cum infideli nulliter conjungi, cum haeretico non sicut desumpta ex aliquo Canonico generali; quam ex utroque & consuetudine hae praedictam conciliorum decretorum recipientis, & talia conjugia irrita sunt. Ita Bellarm. *Tomo 2. Contr. lib. 1. D. 2. c. 23.* a quo dissentit Bas. Pontius *Thom. lib. 7. c. 47. n. 5.* qui & de matrimonio tholici cum haeretico integrum Tractat.

Q. An excommunicatus nuptias contrahere potest? R. Non esse quidem eum taliter contrahendum, eumque peccate ingerebat in communionem, actus tamen non est, quam a privata persona gestos tenentur nullibi irritentur, c. 1. *De except. ad tractat. matrimonium, estque de eo tractat. 6. inf. De eo qui duxit in matrimonium.* Non tamen recte inter peregrinos comparatur, inter effectus excommunicationis, quod ad peregrinitatem aliquem respicit, et peregrini loco habeatur quantum ad communicationem, ut maneat verus civis, ber homo, usum rationis habens. *Can. p. 2. c. 6. in pr. n. 3. Navarr. in Summa c. 36. ad 6.*

Teneant etiam nuptiae cum peregrino, si stente in peccato mortali, cum nullatenus irritae. Jus civile, ob metum, vel incommodi, nuptias non admittit, tutorem, curatorem, & eam, quae in eorum cura fuit, ante redditis rationibus. *De interdicto matrimonii, inter pupill. interdictum, milites, officialesque provinciae, heredes ejusdem provinciae, ob metum, vel coactionis, & fraudis. l. Si quis officium & c. Eos 65. D. de ritu nuptiarum, inter Senatores, quae liberos, & libertini generis sita, quaeque adjecta & vilis conditionis. l. Legat. l. 1. D. eod. & l. Humilem C. de interdicto nuptiarum prohibito postea immutata, cum illo contractibus, ut ducant libertinas, sub certis conditionibus, *Nov. Vt liberti de castro 78. §. Si quis nuptias non attinet i. fette, quando oportet, Canonica, ad quam spectat inducere**

menta matrimonii, huiusmodi prohibicio-
nes cessent, *Gl. fin. in can. i. xxx. q. 3. Covar.*
hic p. 7. c. 6. §. 10. n. 31.

61 Oportet etiam contrahentes sicut aetate ha-
biles, ut dicitur *Tit. seq.* nullumque inter eos
existat impedimentum, de quo infra suo lo-
co. Quod aliud est impediens tantum, quod
impedit quidem nuptias iungi, non tamen di-
mittit initas, cuius generis sunt sponsalia pu-
ra, *inf. Tit. 4.* Votum simplex, *Tit. 6.* Inter-
dictum Ecclesiarum, *Tit. 16.* Aliud est dirimens,
quod non tantum contrahi impedit, sed &
contractus stare non permittit. Oritur istud,
vel ex parte defectus consensus, cui error, vis,
metus causam dedit; vel ex parte defectus
potentia, sive naturalis, quem ponit frigidi-
tas, maleficium, sive legalis, quam causat
cogatio, affinitas, votum solemne, publica
honestas, crimen, cultus disparitas, de quibus
singulis infra suo loco. Accessit & clandestini-
tas per Conc. Trid. *de qua inf. Tit. 3.*

62 Ad neutrum verò istorum impedimento-
rum referri potest meretricium, cum per hoc
nullibi invenitur poni impedimentum, &
talis mulier corporis sui potestatem liberam
habeat, atque consentire in alterum possit.
Imò meretricem ducere in uxorem, esse lici-
tum & pium opus, proficereque ad remissio-
nem peccatorum, ait Pont. in *c. Inter opera*
20. h. 2. Ubi meretrix dicenda, quae passim
corpore questum facit, *l. Palam 43. D. de ritu*
nupt. qualis ibi non tantum dicitur, quae in
lupanari prostar, sed & quae in taberna, cau-
pona aut qua alia pudori suo non parcat. Semel
aut bis copiam sui faciens questus ergo, etsi
non videatur posse dici palam questum corpore
suo facere, videtur tamen comprehendi sub
d. c. 20. Ut & illam ducens mereatur remissio-
nem peccatorum: imò & illam, quae sine qua-
estute vulgaris, *d. l. 43. §. 3.* quia non ponitur vis
in questu, sed in eo tantum, quod à turpi vi-
ta avocetur ad honestum conjugii statum.
Quo modo & videtur obtinere illius decisio
in eo, qui ducit eam, quae iam disposita ad am-
plectendam rurem vitam, & se vulgare
proposuerit causâ paupertatis, aut alia, cum
ubi obtinet ratio legis, quae est avocatio à
turpi ad honestam vitam, debeat & obtinere
eiusdem decisio Covar. *hic p. 2. c. 8. §. 11. n. 1.*
& seqq.

Intrinsicè matrimonium componitur ex
mutuo contrahentium consensu verbis aut
signis externis declarato, quatenus habet ra-
tionem traditionis tamquam materia, qua-
tenus verò acceptationis tamquam forma.
Promissio enim sive traditio aut acceptatio-
nem est inefficax, & se habet instar materiae,
quam acceptatio hinc inde tamquam for-
ma dans ei esse, perficit. Acceptatio ista quo-
cumque modo olim fiebat & obligabat, et-
iam sine testibus ullis. Hodie consensus co-
ram proprio Parocho & duobus tribuive te-
stibus est exprimendus, ut dicitur infra *Tit. 3.*
& ferri debet in id, quod est de essentia matri-
monii, sine qua res esse non potest: unde
non possunt addi conditiones essentiae repu-
gnantes, de quibus *inf. Tit. 5.* Copula ad sub-
stantiam ejus non est necessaria, argumento
emptionis, quae vera est ante traditionem,
nam ex mutuo consensu substantiam suam
consequitur. Subarratio per anulum, aut
aliud quid, interpretationem suam recipit
juxta loci consuetudinem, aut verba subje-
cta: quae si de praesenti fuerint, matrimonium,
si de futuro, sponsalia ponunt, juxta dicta
sup. eod. Dari autem annulos sponsae per spon-
sum loco arrhae etiam antiquis fuit usitatum.
Plin. lib. 33. cap. 1. quibus ex antiquo Christia-
norum usu insculpi solitum fidei signum,
quod est hieroglyphicum mutui foederis atque
concordiae.

Contrahitur matrimonium non tantum
ab ipsis partibus, sed & per parentes eorum,
quatenus partes vel praesentes vel absentes
consentiunt vel ratum habent.

64 Ubi queritur, An consentire censeatur co-
ram parentibus causam istam agentibus ta-
cens? R. Ita videtur *arg. c. 1. §. fin. De spons.*
impub. in 6. cum tacens pro consentiente ha-
beatur, *c. Is qui tacet De R. I. in 6.* saltem in
iis, quae commodum ejus respiciunt, ut hoc
in casu. Creduntur enim parentes quasi ex mau-
dato ea, quae sunt liberis commodiora, hae-
re in re procurare, propter adf. cum erga eosdem.
Aliter se res habebit, si quis taceat coram ex-
traneo contrahente ejus nomine, quia non
subest idem adfectus, neque mandati prae-
sumptio in extraneo, atque in parentibus,
Ccc 2 Co-

Covarr. hic p. 2. c. 4. in princ. n. 7. Debet hic consensus esse mutuus: quamvis possit ab uno prius exprimi, & alterius subsequi; durante tamen prioris consensu: quem revocari posse & mutari, antequam alter consensum expresserit, extra dubium est, cum contrahere quidem voluerit, necdum tamen contraxerit, & ut non tenetur alter, ita nec hic debet teneri.

65 Item quaeritur, An per procuratorem contractum obliget? R. Omnino; nec tantum ante Conc. Trid. ut patet ex cap. fin. De procurat. in 6. ubi hoc expressum, sed etiam post, cum Conc. quoad istam rem nihil immutaverit. Ubi Primò oportet procurator habeat speciale mandatum, id est nominatim ad matrimonium cum certa persona in eundem, l. Generali 34. D. De ritu nupt. Posset enim alias contrahi cum tali, qua merito posset displicere. Secundò, per se exequatur; neque enim substituere illi licet, nisi expressè sit permissum. Tertio, servet fines mandati, & non sit revocatum; nam alias non teneret matrimonium, licet procurator ignoraverit revocationem, propter deficientem consensum, d. c. fin. Quod hac in re est speciale, propter summam in matrimonii requisitam libertatem: ut ne quidem juramentum de non revocando tale mandatum obstet, quo minus revocatum sit inutile. Covarr. d. loco nu. 13. Sanchez 2. Disp. 11. Rebel. p. 2. lib. 2. q. 5. Desiderant aliqui, mandatum detur coram Parocho & testibus: sed cum hoc non requirat Trid. quod tantum vult, ut coram proprio Parocho & testibus consensus exprimat, satis erit, si procurator coram Parocho loci & testibus exprimat voluntatem mandantis, cum tali persona contrahentis, etiam si litteræ, quibus continetur potestas procuratoris, non sint visæ.

66 Potest & matrimonium iniri per litteras, cum per eas sufficienter exprimat consensus hinc inde, qui etiam debet permanere; nam si alteram partem poeniteat ante traditionem aut acceptationem litterarum, nihil ea operabuntur, juxta dicta supra, & l. 4. in pr. D. De manumiss. vind.

67 Consensus hic sit de presenti, veluti, Accipio. Habeo te in conjugem, expressus ab ipsis contrahentibus, Verba Sacerdotis nihil faciunt, cum tota matrimonii substantia con-

sistat in partium consensu. Quærentur rochi præsentia desideretur, dicitur Tit. 3.

Disputatur autem, An præter contractum contrahentium requiratur & consensus parentum? R. Esse qui non civili tantum Canonico, & naturali jure esse non velint, qui videntur mihi errare, ut declarandum. Quod igitur attinet ad naturæ, eo non requiritur necessario consensus parentum, inde constat, quod parentum consensus sufficit ad contrahendum, non requiritur matris, Inst. de nupt. quibus consensus avi sufficit in eorum datione, si non sit habendus, l. Oratio de De ritu nupt. cum, si jure naturæ consensus parentum, etiam matris, non cessat, nec solius avi sufficit, ut neque, sed & patris requiritur: non patris validè contraheret, non autem Filius 25. D. d. tit. cum veterè filius ex æquo parentibus debeatur honor, vult divinum Decalogi præceptum stabile per jura inferiora, s. fin. Inst. de natur. Ut frustra respondeat Pulverius esse patriæ potestatem ea responsione ratione naturali, sed civili tantum consensus patris, ne scilicet ei successerit suus hæres, non etiam matris, sunt sui hæres, cui non habetur præterea rem concernens invenitur præceptum licet legantur aliqui parentum consensu, ad nuptias in eundem, legumini & alii eas validè iniisse, consensu, uti Ezau; Tobias. Ut nihil contra præceptum Decalogi, quod matrimonium certum perpetuum vitæ, conjugium debet esse libera, præceptum conjugii, plus procedat. Nihil etiam facit contra De nupt. in princ. qui habet, naturalem nem id suadere, quia est consilium, non præceptum; & quidni eadem suadet adhibendum matris? Vid. Sanchez lib. 4. Disp. 1. bel p. 2. lib. 2. q. 14. Sect. 1.

Quantum ad jus Canonicum, quærentur illi effusiant, plerique minus æque in Apostolicam, certum est, eo non requiritur consensus parentum de necessitate, ut patet eam. Sufficit xxxv. qu. 2. qui dicitur

solūm cōsensum contrahentium. Verūm
textum illum aiunt supplendum esse, tum ex
lege civili, in qua fundatur; tum aliis ex locis,
quæ cōsensum parentum requirunt. Ut
melius faciat textus, in *c. Veniens* 13. h. t. ubi nu-
ptiæ sine cōsensu parentum dicuntur tenere.
Et ut hic textus alicui possit esse dubius, remo-
vet omnem dubitationem Trid. *Sess. 24. cap.*
1. de reform. quod expressè definit, matri-
monia citra cōsensum parentum inita esse ra-
ta, nec posse annullari. Cujus ratio est, quod
non debeat electio vitæ ab alieno dependere
arbitrio, *c. cum virum* 12. in *fine sup. de Regu-*
larib. quam alias facile contingeret impediti
in injuriam matrimonii, cujus libertas non
est minuenda. Minui autem contingeret non
raro, si requiramus cōsensum parentum,
quorum stultitia aut avaritia non raro hone-
stas liberorum adfectiones impediret, eosque
in calibatu degere, domique emarescere fa-
ceret. Costal. in h. 2. *D. de ritu nupt.* Facit tex-
tus, in *c. Puella* XX. q. 2. & in l. Nam quod
14. *D. Ad S. C. Trebell.* ubi ea, quæ sunt pu-
blici juris, non sequuntur jus patriæ potestatis.
Vid. Ant. Conc. lib. 1. *subsec. Lect. c. 4.*
Joan. Andr. *ad c. fin. tit. seq. & plenè Bellam.*
Centr. Tomo 2. de matrim. lib. 1. c. 19. & 20. &
Pont. lib. 2. c. 1. §. 1. Optant tamen Canones,
& Trid. *id. loco.* cōsensum parentum adhi-
beri, quod hoc tum honestas requirat, ne a-
lias præcipuè filia existimentur appetentiæ
procacioris auctores, si ipsæ de nuptiis suis
electionem sibi vindicent, *can. Honorantur in*
fine xxxii. q. 2. tum utilitas: ne contingat li-
beros inconsultis parentibus nubentes in gra-
via incidere incommoda, & per contemptum
erga parentes peccato se involvere; nisi causa
sic eos excusans. Non obstant vari textus,
qui adferuntur in contrarium, *can. Nostrates*
xxx. qu. 5. can. Non omnis xxxii. qu. 2. & alii,
qui insinuant requiri parentum cōsensum;
nam sunt accipiendi de honestate, non etiam
de necessitate, ut ex iis est colligere.

70 Quantum ad jus civile, plerique contem-
dunt iustas eo jure esse nuptias, quas non fir-
mat parentum cōsensu, per varia juris loca,
quæ videntur indicare nullitatem talium nu-
ptiarum. Verūm ejusmodi loca accipi pos-
sunt secundum Paullum, 2. *sent. tit. 29.* qui
dicit eos qui sunt in potestate, sine cōsensu

ejus, in cujus sunt potestate, non rectè qui-
dem contrahere matrimonia, contracta ta-
men non dissolvi; subjuncta ratione, quod
contemplatio publicæ utilitatis, id est nuptia-
rum, l. in bello 12. §. medio 3. *D. de capt. & post-*
lim. revers. privatorum commodis præferat ut.
Idem colligitur ex l. 1. *D. exhiben. liberis,* ut
tutius probatum, *Instit. de nup.* Ut rectè di-
cat Cujac lib. 3. *Obs. c. 5.* legem prohibentem
contrahi nuptias injussu parentum esse imper-
fectam, quod eas quidem contrahi prohibeat,
contractas tamen stare patitur; & licet de-
claret esse injustam uxorem, permittat tamen
esse uxorem, qualis est non accepta solemniter.

Præterea requiritur, cōsensus sit liber ab
omni metu, qui si alibi, præcipuè hac in ma-
tertia difficiles dabitur, & cum non po-
nat liberam voluntatem, quæ hic omnino de-
sideratur, causabit nullitatem utroque in foro,
ut videre est, in d. *c. Veniens* 13. h. t. & *c. inf. de*
conjugio leproso. ubi ille, qui metu iusto indu-
ctus cum aliqua contraxit, non impeditur
aliam ducere: quod non esset, nisi in utroque
foro esset libera ab ea, cum qua contraxit; li-
cet alii contractus metu initi non sint ipso ju-
re nulli, dictum supra, *tit. de his qua vi,*
&c.

72 Quæritur autem, An jure naturæ metus ir-
ritum ponat matrimonium, an verò tantum
Canonico? Resp. Multos velle ipso jure
ex propria actus natura poni irritum matri-
monium contractum; inter quos est
Covar. *2. c. 3. §. 5. n. 6.* & alii, quos alle-
gat Sanchez 4. *disp. 14.* verūm probabiliorē
videri sententiam, tantum jure Ecclesiastico
esse irritum, juxta ea, quæ diximus in simili
supra *tit. de voto n. 35.* cum si qua daretur ratio,
quare irritum esset jure naturæ, ea esset quod
metus, auferendo libertatem cōsensu, pone-
ret simpliciter involuntariam. Id quod fal-
sum esse patet iis, quæ sunt dicta (*sup. de his*
qua vi &c. n. 2. ubi traditum, coactam vo-
luntatem esse voluntatem, & summo jure
obligare, secundum l. *si mulier* 21. in *fin. D. quod*
metus causa gest. esse dic. Facit, quod etiam ju-
ramentum requirat libertatem, & tamen me-
tu extortum obliget. *c. verum, c. Si verò sup.*
de jurejur. Covar. d. §. 5. n. 2. Tenet hanc partem
Nayar, in *Summa c. 22. n. 50.* ubi addit, multas

eius rationes tradi ab Abbate, in *c. cum locum* n. 7. b. t. eas tamen solas non sufficere sine statuto Ecclesie, ad inducendam nullitatem ipso jure.

73 Necessè autem est metus sit justus cadens in constantem virum, secundum qualitatem personæ, qua de re actum sup. *De his qua vi* *est.* Quo modo metus reverentialis non impedit matrimonii libertatem, l. *Non cogitur* 21. cum l. *seq.* D. *de viru nupt.* Sic in *c. in fine de* *re spons. imp.* in 6. præsens & tacens parentibus contrahentibus non judicatur ideo dissentire, sed consentire, nisi minæ graves concurrentes impediunt consensus libertatem. Covarr. *hic* p. 2. c. 3. §. 6. n. 5. in fine. Sit incusis injustè ab extrinseco, & quidem ad extorquendum matrimonium. Dico injustè, quia si justè incusis sit, non est, quod actum hunc ponat irritum. * Unde si damnatus ob crimen, promissâ remissione sub conditione ducendi meretricem eam duxerit, tenebit matrimonium, quia non potest dici subesse metus justus, cum damnatus sua sponte, ad evitandam mortem, hunc modum elegerit. Covarr. *d. c. 3.* §. 4. n. 26. Sanchez 4. *disp.* 12. n. 8. Dico, ab extrinseco, quia si ab intrinseco procedat uti à morbo causante mortis metum, non potest dici injurius, cum à natura procedat. Dico ad extorquendum matrimonium: quia aliàs non tam impellitur quis alio, quam à seipso.

74 Quid si causam timoris justus quis dederit, ut belli sibi suisque inferendi, nisi hosti nubat? R. Posse videri, validum esse matrimonium, per l. *si mulier* 21. D. *quod metus caus.* ubi liberta ingrata patrono, si metuens retrahi in servitutem aliquid ei dederit vel promiserit, tenet donatio: & l. 3. §. 1. *ead. tit.* dicitur vis, quam Magistratus intulit, non vitare contractum. Dicendum tamen, quando metus ab extrinseco incutitur, principaliter ad finem extorquendi matrimonii, etiamsi cadat in constantem virum, & causam timoris præbuerit, matrimonium esse irritum. Ratio est, quod injuria fiat Sacramento, si istis mediis intendatur per se extorsio matrimonii, propter immutatam libertatem, quæ non minuitur minus data causa; quam non data. Nec obstat, quod dictum modo de damnato; nam ibi non intenditur metus principaliter ad extorquendum matrimonium, sed per accidens, data e-

lectione elegit spontaneè. Quod si intendatur metus principaliter ad matrimonii dissolutionem, contractus non foret validus eo casu vis inferatur, & inferens sit alteri, & ipsi Sacramento: quod vel non contingit in casu alio, cum voluntas sit liberior. Vide latè Sanchez *lib. 4. Disp.* 19. *bell. d. lib. 2. q. 11. sect. 2.*

Quid in casu, quo superadditum juramentum? R. Ut non tenet matrimonium pro justum metum, ita nec tenet juramentum nec per illud induci obligationem ad revocationem contractus, ut relaxationem exigat. Nam cum matrimonium sit irritum ut jam probatum, ita & juramentum, si sequi solet naturam & conditionem aliter apponitur, l. *fin. C. de non num. pec. de* *re spons. imp.* c. 2. *inf. de conjugio legit.* ubi cum prima contraxit metu justo indolens juravit, si postea aliam in uxorem accipere cum illa manere jubetur, non oblatamento prioris præstito; cum ibi nulla ratio præviz abolitionis aut penitentie, ut injungere solet Pont. iis, qui fidem solent in *c. sicut* 22. h. 1. Ut signum sit, juramentum non tenuisse propter defectum conditionem non supplet juramentum. Covarr. §. 3. n. 3. Sanchez 4. *disp.* 20. q. 4. n. 14. *Epist.* *lib. 12. c. 8. §. ult. n. 75.* Ubi non tenetur jurans peccare, quod si videtur metus cens se consentire, cum non consentiat consentit quidem, sed non libere. Covarr. §. n. 10. Itaque eo casu nec tenet actus, matrimonium neque etiam ut sponsalia, tam de iis non agatur, tum quod & ista libertatem quam admittit vel impeditur nullus. * Ut proinde & sponsalia sint nulli, & actum accedens nihil operetur, sed dicta: & patet hoc ex *c. ex litteris* 10. ubi puella, quæ invita & jurata fuit deponenda cuidam puero, non impeditur alteri non facta mentione relaxationis, ut in *c. colligatur* juramentum esse nullum. Covarr. *d. §. 3. n. 1.* Barbosa p. 4. n. 30. *ad Rubr. de* *matrim.* Sanchez 4. *disp.* 19. Pont. *d. sup.* *supra* *patet* *con-* *tractum*, & incipere ex nunc valere, per te alterius consensu, qui per talem

sufficienter exprimitur, *c. is qui 30. h. t.* Abbas ad *c. veniens 13. n. 6. eod.* cum verbis an factis consentium explicemus non interfit, Sanchez, *4. disp. 18. n. 2.*

79 Quid si metu mortis copula sit extorta? R.

Hanc questionem non esse dubiam post Conc. Trid. in casu matrimonii initi sine parochi & testium presentia, cum, juxta dicta & dicenda necessitate per illud requiratur istorum presentia, ut copula nihil operetur. Tantum esse dubium ante Trid. & post illud, in casu matrimonii initi coram Parocho & testibus. Et dicendum, esse quosdam, qui velint convallescere quia non sit metus cadens in constantem virum, eò quòd indicat ad peccandum, ad quod committendum non datur justus metus; ut videatur saltem interpretative copula habita animo maritali. Et facit, quod textus plerique, ut *cap. 2. inf. de conjugio leproso. & cap. 4. inf. qui matrim. accus. poss.* satis insinuant, metum purgari per copulam, & per eam accedere consensuræ, ut explicat ibi Gl. & videtur ejus esse sententia Covar. *hic p. 2. c. 4. §. 1. n. 11.* probabilior tamen est contraria, scilicet non convallescere matrimonium, propter metum, qui facit deesse consentum, *c. cum locum 14. h. t.* qui etiam hac in parte esse potest gravis, propter malum comminatum grave, quòd libertatem consensus aufert. Et ut talis copula non sit extra peccatum letale, si habeatur citra animum maritalem, atque ideo metus ex ea parte non sit justus, ut consentum ponat in copulam, non tamen ideo ponit etiam in matrimonium, quia est aliud à copula, & ejus respectu est justus, ut consentum aufert. Potest enim aliquid diverso respectu esse iustum & injustum, operari aliquid & nihil efficere. Facit, quòd ut consensus expressi per verba effectum impedit metus, ita etiam impedit fictum & presumpsum, cum, stante eadem causa, idem provocat effectus. Nisi velimus admittere fictionem plus operari, quam veritatem, & ei non obstat, quòd obstat veritati, quòd est contra *l. filio 23. D. de liberis & posth. cum fictio naturam imitetur, non etiam superet, Instit. De adopt. §. minorem.* Ex dictis patet responsio ad primum argumentum in contrarium, non esse quidem metum justum quoad copulam, esse tamen justum quoad matrimonium. Textus allegati tantum lo-

quantur in casu, quo copula subiecta est spontaneè. Ita tenet Abbas in *c. Consultatione 28. n. 7. & cap. Discretionem 13. h. t.* quem alii sequuntur Navar. in *Summa c. 22. num. 31. in fine.*

Idem dicendum de cohabitatione; nam cum, qui potest recedere, permanet, non potest non videri consentire, & actum priorem ratificare. Ut tamen cohabitatio sit signum sufficiens consensus, oportet primum si spontanea, cessante omni metus causa; nam ea durante, durabit & metus, qui ponet defectum consensus. Copula interveniat non est necesse, cum textus in *c. Ad id 21. h. t.* tantum se fundat in cohabitatione. Secundò, si diuturna *d. c. 21.* Ubi quantum temporis sufficiat, videtur arbitrio Judicis relinquendum qui consideret circumstantias & recedendi occasionem & moram. Nam quod in *d. c. 21.* fiat mentio anni & dimidii, est tantum ratione facti contingentiæ, non etiam ut jus ponatur. Tertio, ratificans sciat matrimonium non valere, saltem error poneret vitium, quia nihil magis consensui contrarium quam error. Sanchez *d. disp. 18. n. 4. & seq.*

80 Quæritur etiam hic posset, An artharum commissio ponat metum? R. Eam esse receptam jure civili, *l. fin. C. h. t.* & ab Ecclesia non tam improbari, quam approbari artharum commissionem ex parte ejus, qui eas dedit, & à contractu injustè recedit; & restitutionem eorum in duplum aut triplum ex parte ejus, qui recepit, & à contractu resistit; nec videri hanc rem causare justum metum, cum partium arbitrio ita sit conventum. * Ubi nihil faciet, quod legibus & Canonibus passim poenæ adjectio improbetur, *c. Gemma h. t. & l. fin. C. de sponsal.* ne matrimonia sint minus libera; nam aliud est in poenam apponi, aliud artham committi. Verum in assignanda ratione diversitatis laboratur. Ponunt eam plerique in eo, quòd arthæ maturiori consilio soleant constitui, propter earum traditionem & receptionem, & communiter non sicut ita magna; poenæ verò minus deliberatè imponantur, cum tantum promittantur, Batt. In *l. Titia 134. n. 4. D. de V. O. P.* oclivior enim quisque est ad obligandum se verbo, quam ad pecuniam numerandam, aut rem tradendam. Covar. *hic p. 2. c. 3. §. 7. num. 5.* Sunt tamen, qui putent poenam

penam apponi posse ex eo, quod dupli aut tripli exactio ab eo, qui arras accepit, & non implet sponsalia, sapiat penam. In quam rem adducunt Nov. 18, Leonis, in qua hoc ipsum adferitur. Verum illis obicit *d. l. fin.* quæ arratum commissionem & exactioem dupli aut tripli approbat, non etiam aliam penam appositam; subiecta ratione, quod matrimonia debeant esse libera. Facit & contra eisdem, *d. l. Titia*, ubi dicitur, esse inhonestum, vinculo penæ matrimonia adstringi: & *d. c. Gemma*, quod improbat actionem penæ, & licet agat de impuberibus, qui contraxerant matrimonium, subiecta tamen decisionatio est universalis, scilicet quod libera debeant esse matrimonia. Nihil facit *d. Nov. 18*, quia ea non habet magnam vim, cum ne quidem ipsius Leonis tempore fuerint receptæ ejus Novellæ, ut nihil vitium habeant, *arg. lib. de quib. D. de legib.* Patet ex dictis, arras debere intervenire, id est datam esse; nam aliàs eadem futura ratio, quæ est in prohibitione penæ, quæ etiam modica subiecta erit inutilis, cum textus indistinctè penam adjectionem intirent, eo quod sit contra bonos mores libertatem matrimonii impedire adjectione penæ, non tantum si per contrahentes adiciatur, verum etiam si per eos, qui contrahentibus conjuncti; ut probabile sit fore, ut indicatur isto metu ad ineundum matrimonium. Idem dicendum, si inter extraneum & alterum contrahentium fuerit conventum de penæ, cum & hoc in casu eadem militet ratio.

83 Quæstio alia est, An penæ juramento firmata præstanda veniat? Resp. Probabilius videri, nec eo casu præstanda, esse penam, cum juramentum sequatur naturam actus, qui cum non teneat, nec ipsum juramentum quidquam operabitur: præcipue cum penæ sit improbat ex causa utilitatis publicæ, scilicet ut sint libera matrimonia, cui ne quidem juramento præjudicatur, quia illud hæc in re non foret extra peccatum; quale servandum non esse dictum *sup. de jurejur.* Quod aliqui volunt procedere, quando non violatur pactum contra nuptias, tunc enim volunt penam conventam nullius esse momenti secundum *d. c. Gemma*. Si verò contra fidelitatem sive justitiam violetur pactum, nihil obstat

quo minus penæ exigatur, atque in hoc teneat juramentum, non tam bonis moribus contrarium, quàm iis respondens, sicut pactum set verum.

Hinc patet, non esse licitam exheredationem, aut doris donationis propter denegationem, propter contractas nuptias in vitis aut in scitis parentibus, cum res istum metum injiciat, *cap. 2. sup. de his qui in potestate sunt*. Ut procedat regula, quæ habet, interponente contractum initum non metum, *cap. fin. inf. de secundis nupt. l. Gratiana. l. L. Jul. de adul. Contra Abbas Conf. in 2. lib. 1. Covar. d. c. 3. §. 8. n. 2. §. alius c. 1. tamen non obstant, videmus variorum statutus permillum, non tantum filios & filias exheredari posse, dotem & nuptiam denegari, non tantum si indigni sint nuptias, verum & si digni, ut latius ad *tit. D. de liberis & post hereditatem. num. 15. & seqq.**

Unde illud hic repetere & querere. An ejusmodi statuta non sint repugnata Respondendum. Hoc posse videri, quod non spectet ad sæculares definitivas spirituales, qualis est matrimonialis, sed ad iis condere leges, sed tantum sit Ecclesiæ definitivum, debere libera esse matrimonia, deantur statuta laicorum minus libertatem impediencia. Et hanc patet quens Covar. d. §. 8. n. 6. vult sublatam tuta contraria. Quibus tamen non obstantibus, dicendum, non posse videri iniqua & injusta ejusmodi statuta. Nam licet in hæc tribunal spectet discreta matrimonii validitate, ut post alios definitivum Trid. Sess. 24. *can. 12. de rescriptis*, tamen, qua ratione matrimonium est actus civilis, non est omnino immunita providentia, quod minus ab ea coercetur usus contrahendum, hæc præcipue in casu cum & Canones judicent de decus & honestate liberos expectare judicium parentum, me filias; indecens verò, contra respectum pudorem maritum sibi expectare, & officium patris, *can. Honoratus XXX. 2. de his qui in potestate sunt*, ut in culpa & modo inordinato recte in d. proposita penæ. Nam hæc inferior non tollere legem superioris, potest tamen

quid addere, in ejus confirmationem; ut, cum circa substantiam matrimonii, quæ subest legi Ecclesiæ, non dissonant statuta civilia, sed tantum modum inordinatum corrigent, non possunt dici injusta, licet in consequentiam aliquid resalter minus respondens plenæ libertati matrimonii, quod non venit considerandum, cum id tendat ad evitanda majora incommoda. *Barbosa ad l. 1. p. 4. n. 32. & seq. D. Solutio matrimonii.* Vid. *Sanch. 4. disp. 25. & Rebel. p. 2. lib. 2. qu. 14. sect. ult. Pont. lib. 2. c. 1. §. 3.*

86 Libera itaque debent esse matrimonia, nec ad ea quis cogendus, vel per Principem, nisi bonum commune exigat. *Sanchez 2. disp. 27.* neque impediendus, quo minus liberè contrahat. In impediendes *Trid. Sess. 24. c. 9. De reform. matr.* ex communicationis sententiam protulit, ipso facto incurtenda. Et hoc, si sine causa; nam si ea subit, ut cessat peccatum ita & excommunicatio. *Sanch. 4. Disp. 22. num. 8.* Hæc de metu, De dolo ageretur infra *Tit. 9.*

87 Effectus matrimonii est, quod ad mutuam cohabitationem cogantur conjuncti, uti etiam ad mutuam debiti redditionem, eo quod inter eos sit individua societas, etiam ante consummationem, cum ex solo consensu nuptiæ habeant suam perfectionem; quod uxor sequatur virum, qui uxoris caput, ejusque est gubernare rem familiarem, eligere domicilium quod propter mutuam obsequium, ad quod tenentur, non facile detractat uxor, *Gl. ad c. 1. inf. de conjug. leprof.* Nisi tamen inde uxori vitæ aut corporis periculum, aut peccandi occasio imminet, cujus causa est urgentior, aut nisi oblit pactum, quod licitum est: nam si traditioni rerum pactum rectè apponitur, quidni & corporis, si nihil includat turpe, aut matrimonio contrarium? Obligatur præterea uxor ad eas operas, quas, salva dignitate sua, citra dedecus præstare potest.

TITULUS II.

De Desponsatione impuberum.

SUMMARIUM.

1. Sponsalia non contrahit furiosus.

- 2. Furor postea interveniens non dirimit.
- 3. Ebrietas & ira quatenus impediatur sponsalia.
- 4. Impuberes qualiter rectè contrahant.
- 5. Pubertate impleta resilire licet à sponsalibus.
- 6. Nisi juramento fuerint firmata.
- 7. Contrahunt & parentes pro liberis.
- 8. Non tamen ante septennium.
- 9. Contrahere ante pubertatem non est letale.
- 10. Ad matrimonium requiritur pubertas.

AD sponsalia necessarius est consensus: cum induant mutuam obligationem: quo modo requiritur, incantur ab iis, quibus est mens sana. * Ut excludatur furiosus, *cap. dilectus 24. sup. tit. prox.* nisi tempore dilucidi intervalli, quo durante ut intelligit, quid agat, ira & habilis est ad contrahendum & ad testandum, *l. Divus D. de officio Pras.* Non præsumitur autem quis furiosus, uti probatur, *l. 5. C. de codicil.* cum quilibet talis præsumatur, qualis natura esse debet: uti è contrariis, quem constitit fuisse furiosum, non præsumitur habere dilucida intervalla, nisi constet. *Covarr. hic p. 2. c. 2. num. 7.* * Et si autem furor ponat sponsalibus ineundis impedimentum, ut dictum, non tamen postea interveniens ea dirimit, *l. furor 8. D. de sponsal.* Posset tamen videri justam causam ea res præbere alteri ad petendam dissolutionem. Et hoc in sponsalibus, quæ sunt de futuro; nam ea quæ sunt de præfenti, solvi nequeunt, *l. Oratio 16. in fine D. de ritu nupt.* eo quod contractus ille omnimodum suum esse habeat.

Facit & ebrietas inita sponsalia non tenere, quatenus tanta est, ut sensum impediatur. Quod idem de ira dici posset, si tanta probeatur fuisse, ut usum rationis abstulerit: quod probandum cum qualitas, quæ homini naturaliter inest, semper adesse præsumatur.

Impubes septennio major sufficientem præsumitur habere consensum ad ineunda sponsalia; quorum ea vis, quod ante pubertatem ab iis resilire non licet, idque ut occurratur impuberum levitati, ne quotidie nova sponsalia incant. Et hoc, si uterque sit impubes, si alter tantum, cum & pubes cum impubere contrahens teneatur expectare ejus pubertatem, ejusque consensum aut dissensum, quod sibi imputet, cum legem hanc sponte susceperit, *c. 7. h. e. nisi causa aliud suadeat, c. ex litteris 11. h. e.*

D d d Puber-

5 Pubertate impleta, concessa est resiliendi facultas ex solo dissensu, sine ulla alia causa. Et si alter primo implevit, poterit, non expectata pubertate alterius resiliire. Covarr. *hic p. 1. c. 5. §. 1. n. 1.* Nam cum possit alterius aetate impleta, & eo contradicente, quidni adhuc impubere non obitante, quod sponsa in domum sit traducta. Et hoc, ut subveniatur in maturo eorum indicio, si forte minus prudenter se obligarint; nisi tamen copula intervenerit, *c. à nobis 8. h. t.* per quam, secundum jus vetus, sponsalia transibant in matrimonium, ut dictum supra est. *prox. n. 22.* Si de copula dubitetur, sponsi eam adferentis juramento stabitur, *c. 6. h. t.* nisi aliud probetur. Statim autem ubi pubertatem attingerit, reclamandum est, ne videatur consentire in sponsalia, *c. 7. h. t.* etiamsi animo dissentiat. Quod non sufficit in foro exteriori, nisi vel vel ignorantia pubertatis, vel sponsalium excolet. Sufficit autem intra triduum a pubertate impleta quis reclamare, *arg. l. fin. C. de in d. ubi illico dicitur fieri, quod intra triduum fit.* Si tamen ante pubertatem quis reclamaverit, & in eo statu manserit, videtur non teneri, cum ea res faciat sufficienter cum reclamasse.

6 Quid si juramento fuerint firmata sponsalia? R. Jurantem ab iis non posse recedere, cum licet sit impubes, juramento se obstringere possit, & teneatur illud observare: ut juramentum faciat sponsalia ex parte ejus suam vim habere & impleri debere; quatenus est doli capax, quem obligat juramentum, ut post alios tradit Covarr. *d. §. 1. n. 3.*

7 Contrahunt hæc sponsalia non tantum ipsi impuberes, sed & patres pro liberis, quæ liberi consentunt confirmare, si scienter à parentibus ibi non reclamant, idque ratione taciturnitatis. Covarr. *p. 2. c. 4. in prin. n. 4.* Sanchez. 1. *Disp. 23.*

8 Ante septennium non rectè parentes ea incedunt pro liberis, uti nec ipsi impuberes ante eam aetatem. Ibi aliqui volunt esse letale, ante septennium inire sponsalia, propter textum in *c. 2. h. t.* quo distinctè inhibet Pont. ne ante istam aetatem aliqui conjungantur, propter præceptum Pontificium, cujus transgressio in materia gravi ponit letalem culpam. Verum hoc non potest dici in pueris, quos ignorantia excusat. Non etiam letale esse pa-

rentibus, ex eo probatur, quod nulli impubertur injuria, neque etiam Sacramento, ut sponsalia non ponant Sacramento. *Stat. d. c. 2.* quia non videtur de sponsalibus agere, sed de matrimonio ut patet ex *conjugantur*, quod non habet locum in sponsalibus, quæ tam continet coitionem quam aliquam promissionem.

Non esse letale, sponsalia de presentibus ante pubertatem, ex eo patet, quod contracta inter impuberes jus nostrum non tenetur, ac si essent de futuro, *c. 1. §. 1. de v. v. m. 6.* Ut non subsit ratio culpæ letalis. Canonibus ea iniiri permittant ab impubere Sacramento, quod non ponitur, non potest fieri injuria. Non potest oblatæ d. 2. prohibet, ne inter impuberes sponsalia contrahantur, simul & perficiantur copula, ut patet ex *d. V. Coniungantur*, quod ad copulam non in ijs suppleverit aetatem, ut ad copulam non biles. Abbas *d. c. 2. n. 1.* Vid. Sanchez. 1. *Disp. 23.* Cæterum iniuta sponsalia ante septennium nulliter, convalescunt tamen per aduentum septennium, quasi per ratihabitionem, *c. 1. de pueri 12. h. t.* Sanchez. *Disp. 16. num. 4.*

Ad matrimonium requiritur pubertatis. *de nupt. in pr. §. d. c. 2. h. t.* idque generandi potentiam, quæ est finis matrimonij, qua non stante frustranea esset coactio, idque ex jure humano. De jure tamen non videntur & impuberes contrahere matrimonium, quatenus sunt doli capaces, & impotentia in ijs tantum sit temporalis, & est quis sese obliget in futurum. Pubertatem olim ex habitu corporis colligebatur, ut dicitur in *Instit. quib. mod. tutela fin. in pr. d. c. 1.* at Pont. in *c. 3. h. t.* Postea secundum aetatem definita, in masculis relatum ad annum quartum, in feminis ad duodecimum. Pubescit enim citius femina quam masculus, naturæ imbecillior est astribuendum, citius perficitur, uti exilia poma celerius turescunt, rebustiora vero tardius. Scandalum malitia aetatem præveniando, oblatæ ad intelligendum consensum contrahentis posuerit, & potentiam quoad ejus aetatem extendendum (in his enim duobus malitia

confistit, non etiam in altero tantum) addidit, etiam ante præscriptam ætatem permitteatur contractus nuptiarum, ad evitandam fornicationem, c. de illis 9. h. t. Præcipue si accedat causa publica, d. c. 2. h. t. quæ facit omnino ante illam ætatem matrimonium tantum esse. Malitiam hanc contingere posse volunt in proximis pubertati; rectius tamen ea res iudicis arbitrio relinquenda. Covarr. d. cap. 5. num. 7.

- 21. *Matrimonia clandestina tenent, ubi Conc. Trid. non est acceptatum & publicatum.*
- 22. *Oriundus ex loco, ubi obligat Conc. agens alibi, ubi non receptum, an validè nuptias clandestinè contrahat?*
- 23. *An & qui per modum transitus alibi agit?*
- 24. *An captivi apud infideles detentis?*
- 25. *Hæretici & apud hæreticos morantes an teneantur decreto Conc. ibi publicari?*

Clandestina sponsalia, inspecto iure naturæ, non sunt absolutè illicita, cum consensus ad ea requisitus etiam clam expressus sit validus, & ponat contractum; propter mala tamen, quæ sæpius iode oriebantur, voluit Ecclesia consensum legitime exprimi coram Parocho publicè, ut facilius ejus esset probatio præmissis denuntiationibus, quibus innotescat, inter quos sint contrahendæ nuptiæ, ut latens forte aliquod impedimentum patefaciat, ad arcendum eos à contrahendo, c. fin. in princ. h. tit. Ut autem Ecclesia veterit clandestina matrimonia contrahi, contracta tamen non irritat, licet pro iis præsumi noluerit, onere probandi incumbente adfirmanti; creditur enim negantibus, c. 1. h. t. Vide Sanchez 3. Disp. 3. Bas. Pont. de matrim. lib. 5. c. 3.

Verum quia hoc modo contingebat sævi frequentia adulteria, dum clam initum probari non posset matrimonium, Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matrim. matrimonia clandestinè inita declaravit omninò irrita, decrevitque, ut posttriam denuntiationem, à proprio Parocho faciendam in utriusque sponsi parochia, si fuerint diversarum parochiarum, tribus festivis diebus, inter Milliarum solemnia, non tamen immediatè sequentibus (ne ob temporis angustias impediatur detectio impedimenti) coram proprio saltem alterius Parocho, aut alio Sacerdote, per ipsum Parochum vel per Ordinarium substituto, & duobus aut tribus testibus, per quos de contractu constare possit, iuratur; subjecta poena in Parochum, vel alium Sacerdotem, qui matrimonio in eundo sine requisito testium numero adesse ausus fuerit. Quæ olim erat suspensio ad triennium hodie arbitrio Ordinarii est relicta. Trid. d. cap. 1. vers. Insuper. Cui poenæ subjacent & testes præfentes sine proprio Parocho, & ipsi contrahentes, d. vers. in super.

TITULUS III.
De Clandestina desponsatione.
SUMMARIUM.

- 1. *Clandestina matrimonia cur veterit Ecclesia.*
- 2. *Conc. Trid. declarat ea irrita, & qualiter contrahi debeant matrimonia.*
- 3. *Parochus proprius hic quis dicatur.*
- 4. *Matrimonia clandestina an Ecclesia irritare potuerit?*
- 5. *Sponsalia clandestina an prohibita?*
- 6. *Matrimonium clandestinè contractum an obliget ut sponsalia?*
- 7. *Quid si impuberes contraxerint clandestinè de præfenti?*
- 8. *Matrimonium in articulo mortis coram non proprio Parocho initum an valeat?*
- 9. *An extra hoc dispenset Episcopus.*
- 10. *Parochus proprius alteri Sacerdoti vices suas rectè demandat.*
- 11. *Vagabundi & alienigena.*
- 12. *Parochus an debeat esse rogatus?*
- 13. *An debeat esse Sacerdos.*
- 14. *Matrimonium coram Parocho falso contractum an teneat?*
- 15. *An coram excommunicato?*
- 16. *An coram proprio Parocho in alterius parochia assistente?*
- 17. *Matrimonium invalidum ob impedimentum occultum an iterum coram Parocho & testibus contrahi debeat.*
- 18. *Testes an debeant esse omni exceptione majores?*
- 19. *Licentia alteri Sacerdoti qualiter facienda.*
- 20. *Benedictio in Missa sacrificio contrahentibus.*

& partes reddantur inhabiles ad sic contrahendum, ut iure resistente, nihil possit oriri ex tali contractu. Nihil facit *d. e. unie.* nam hoc ibi taliter decretum, quod vitium tantum sit ex parte causae efficientis; quo casu si non valet actus eo modo, quo agitur, sustinetur tamen eo modo, quo potest, cum partium mens sit aliquid egerit velle, nec jus contra disponat. Aliud dicendum, si vitium fuerit ex parte formae, propter praedictum Conc. decretum, quod non suppleat contrahentes. Nec facit, quod videatur habere animum obligandi se eo modo, quo possunt, quia talis animus, nisi signo exteriori exprimitur, nihil facit ad formam. Si tamen copula aliqua interuenit, videtur vir teneri ducere cogitatum non tam ratione contractus, qui nullus, quam ratione iniustitiae, & damni illati. Sanchez 1 *Disp. 20. num. 3. Navarr. Conf. 3. hoc tit.*

7 Q. IV. Quid si impuberes contraxerint clandestine de praesenti? R. Videri tunc poni sponsalia, eo quod Trid. *d. loco* tantum irritet matrimonium clandestine initum: faciatque partes inhabiles ad sic contrahendum: ut non possit videri extendi ad impuberes, qui sunt per se inhabiles ad contrahendum matrimonium. Navarr. in *Summa c. 22. nu. 57. & Conf. 2. De despons. impub.* Posset tamen videri hoc non alias procedere, quam si habeant animum obligandi se eo modo, quo possunt: nam cum sponsalia clandestina valeant, etiam hoc casu valebunt ex verbis de futuro implicitè contentis sub verbis de praesenti.

8 Q. V. An in articulo mortis valeat matrimonium initum coram alio, quam proprio Parocho? R. Non videri, cum dictum Concilium aliam formam, quam a se traditam, initum matrimonium irritet indistinctè, nullam posita exceptione Sanchez 3, *Disp. 17. nu. 4. Sacrament. 1. Sect. 1. Interp. c. 6. nu. 7.* Quo casu nihil proficiet dispensatio Episcopi, qui in lege superioris non dispensat, uti jam dicitur.

9 Q. VI. An igitur ex dispensatione Episcopi sine Parocho, aut alio Sacerdote, vicem ejus supplente, vel sine testibus contractum matrimonium teneat? Neutiquam, cum Concilii decretum sit irritans, & Juris communis, super quo dispensare non est Episcopi, sed ejus tantum, qui jus causamque possuit, cum ejus sit

velle, ejus est nolle. Nisi per superiorem eam licentia sit concessa; quae hic concessa dici nequit, cum dicto Concilio permittatur licentia remittendi denuntiationes, non etiam super Parocho aut testibus disponendi. Ut, eum inclusio unius sit exclusio alterius, *arg. c. Nonne sup. De praesumpt.* eam licentiam Episcopus sibi adrogare nequeat. Potest tamen in locum Parocho substituere, ex permissione Concilii, *d. cap. 1. in verbis, de Parocho aut Ordinarii licentia.* Quo tamen casu, si coram proprio Parocho matrimonium fuerit celebratum, validum erit: nihil obstante substitutione Episcopi etiam cum prohibitione, ne Parochus interfit, quia ejusmodi prohibitio aut substitutio nequit suspendere auctoritatem Parocho quoad hanc rem a Concilio illi attributam. Et ita respondit Congregatio Cardd.

Parochus proprius est is, in cujus parochia 10 alter contrahentium residet, qui vices suas alteri demandare potest; non tamen nisi Sacerdoti, *d. cap. 1.* nam per alium faciens per se facere videtur; praecipue cum obtineatur finis à jure intentus, qui hic est, ut de matrimonio constet. Quod autem Sacerdoti tantum possit haec res demandari, patet ex ipsis verbis Concilii, quae tantum Sacerdotis meminerunt. * Vagabundi, qui sine certa sede 11 sunt, eum Parochum sortiuntur, quem dat locus, in quo versantur; quod tamen hominum genus non facile recipi ad matrimonium vult Conc. *d. loco cap. 7.* & vetat Parochis interesse talibus matrimoniis, nisi praemissa diligenti inquisitione, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerit. Quo loco licet Conc. tantum faciat mentionem vagorum, videtur tamen idem observandum in alienigenis, ob rationis identitatem, cui innuitur Conc. quod scilicet, cum sint ignoti, possint alibi esse juncti matrimonio: uti & usum obtinere, ne ignoti copulentur sine litteris sui Episcopi, tradit Abbas in *cap. fin. num. 7. h. t.* Idem obtinebit, si alter sit vagus, aut alienigena, ex eadem ratione. Valebit tamen matrimonium, nec praemissa ista inquisitione, nec petita licentia Episcopi, cum praesentia Parocho tantum desideretur, & testium, nec illis omisis, annulletur actus. Vide Navarr. in *can. Placuit num. 69. & seqq.*

Ddd 3

Dist.

Dist. 6. Sanchez lib. 3. Disp. 25. nu. 8. Et seq. Gutierrez De matrim. c. 67. nu. 15. Et c. 67. num. 2.

- 12 Ubi quaesitum, I. An Parochus debeat esse rogatus? R. Id necessarium non requiritur, cum sufficienter is adit, & intelligat quid agatur, etiam si aliam ob causam venerit, aut casu transferit, aut etiam invitus per vim copulatus adesse debuerit, modo intellexerit, quid actum sit. Quia vis non sunt immunes à peccato taliter contrahentes. Nihil facit *l. 1. in fine D. De auctoritat. tut. ubi praesentia tutoris invitum non firma actum; quia non sufficit sola praesentia tutoris, sed & requiritur auctoritas: ad valorem autem matrimonii sola praesentia Parochi tamquam testis qualificati sufficit. Non obstat etiam *l. Qui testamento 20. in fine D. Qui testam. facere poss. ubi coram testibus detentis testamentum non tenet; quia oportet eos esse rogatos: rogati autem non possunt dici, qui vi detinentur, ne verosimile est eos sufficienter mentem testatoris intellexisse. Hic verò rogatum esse Parochum non est necesse, sed tantum ut intellexerit consensum, qui etiam ab invito intelligi potest. Quod si nihil eorum, quae agebantur, intellexerit, et audiverit, videntur, non tenet contractus, ut resolutio habet Cardd. Gutierrez De matrim. c. 69. n. 3. Idem in testibus est juris. Navarr. Conf. 11. h. tit. Vide Sanchez d. lib. 3. Disp. 39.**

- 13 II. An Parochus debeat esse Sacerdos? R. Non esse necesse; requiritur enim ejus praesentia tamquam testis qualificati beneficio pastoralis, qualis etiam esse potest non Sacerdos. Nec obstat *d. c. 1. ubi dicitur, praesente Parocho vel alio Sacerdote, verba enim: vel alio Sacerdote, referenda sunt ad substitutum, qui debet esse Sacerdos, non etiam ipse Parochus, quem factis qualificat pastorale munus. Navarr. Conf. 9. h. s. Et Summa c. 27. num. 102. Sanchez 3. Disp. 20. nu. 3.*

- 14 III. An teneat matrimonium coram Parocho falso? R. Tenere, si titulum habeat à superiore collatum, etiam si alias propter vitium occultum sit inhabilis. Et hoc propter errorem communem, qui facit censeri suppletum defectum per superiorem, in eorum utilitatem, qui coram tali Pastore contrahunt. Et ita accipiendum, quod dicitur, errorem communem jus facere, atque ita interpretanda *l. Barbarius D. De off. Prat. ubi quae servus electus Praetor*

per populum ignorantem ejus conditionem sit, jubentur esse rata, propter utilitatem eorum, qui coram illo egerunt. Si fuerit inchoata sine ulla superioris auctoritate, non tenet matrimonium coram eo initum, cum nulla ratio, per quam possit videri suppletum vitium, & potestas ejus, qui non est constitutus, merito falsi Notarii, quia non est adhibendum munus tabellionis, ut ab eo instrumtus nullius sit roboris. Abbas in cap. Sacerdos sup. Ne Clerici vel Monachi etc. Latebrat Sanchez 3. Disp. 22.

IV. An coram Parocho excommunicato? R. Excommunicationem Parochi non tenet, quo minus coram eo valide inchoatur matrimonium, cum ejus praesentia non tantum jurisdictionis, quae per excommunicationem cessat, quam requiritur tamquam parochialis auctoritatem per potestatem, quam habet subditos, & quam retinet, donec parochus privatur. Idem dicendum de interdicto, pensio, interdicto; neque enim propter istam deficiat esse Parochus. Sanchez 3. Disp. Gutierrez De matrim. c. 62. nu. 23. Et c. 18. Quod idem in testibus dicendum, quia communicatio ipso jure non repellit a matrimonio dicendo, *c. 1. De except. in 6. cum agatur de rei veritate, quae etiam habet per eum, qui censura notatus.*

V. An in aliena parochia possit adhiberi Parochus? R. Hoc negare Navarr. 14. nu. 3. Et seq. h. t. ex ratione, quod constituit praesentiam Parochi, ut praesentia auctoritatem, tamquam persona publicae aliena autem parochia tantum sit potestatis, *arg. l. 3. D. De off. Praesidi. Dicendum tamen, recte eum adhibere matrimonio, sine licentia Parochi loci, cujus parochia aut jus non laeditur, cum tantum debeat ista praesentia ad praestandam parochialem auctoritatem, quam etiam extra parochiam praestare potest, cum extra eam materiam Parochus, & qualificata persona ad credendum auctoritatem, ut Conc. requirit. Vnde dicitur hic actus spectare ad jurisdictionem, quod tunc erit jurisdictionis voluntaria, quae etiam exercetur in alieno territorio, in officio Judicis loci, cum nullum alium jurisdictionarium habeat adjunctum: ut cum alio*

requisita à Conc. Parochus scilicet proprius & testes, debeat judicari matrimonium legitimum. Ubi aliqui volunt Parochum talem puniri posse; quod non videtur dicendum, cum peccare dici nequeat agens actum nullo jure interdictum. Vid. Sanchez 23, *Disp.* 19. Menoch, *Conf.* 398. lib. 4.

17 VI An qui in facie Ecclesie contraxerunt invalidè, propter occultum impedimentum, eo sublato, possint clam contrahere? R. Certum est, si sit tale impedimentum, quod cognitum consensu tolli potest, eo cognito, si verbo aut facto ostendatur consensus, convalidari, *c. 2. & fin. inf. De conj. servor. c. Is qui sup. De sponsalib.* Dico, cognito; quia alias consensus haberet eundem errorem, & nihil operaretur, cum referatur ad priorem contractum invalidum, qui ut invalidus, ita & consensus eo relatus. Quod si impedimentum fuerit consanguinitatis aut simile dirimens, cuius uterque conscius, impetrata dispensatione, sufficit privatim consentire, expressè vel tacitè, uti per copulam, propter scandala, quæ sequerentur, si de novo deberent partes publicè contrahere. Nec obstat decretum Trid. quia non potest videri loqui in hoc casu, ex quo non sequuntur ista incommoda, quæ vult evitari Conc. Et deinde tantum irritat clandestina matrimonia antè prohibita, quale non fuit hoc, in quo ut præsupponitur, fuit servata forma requisita; ut iteranda non veniat, & sufficiat secreto consentire. Ita tenet Navarr. in *Summa c. 16. num. 37.* Et hoc in impedimento latente quocumque, quod dirimens est, itaque ita resolvissè Pium V. tradit idem Navarr. *c. 22. nu. 70.* Nam si fuerit Notorium, de novo contrahere debent coram Parocho & testibus, propter varia, quæ inde sequerentur, inconvenientia. Sic & si alter non consenserit tempore contractus solemniter habiti, potest postea consentire, & facere matrimonium validum, concurrente alterius consensu, vel adhuc durante.

18 Postremo circa qualitatem testium quaeritur. An debeant esse omni exceptione majores? Expedire quidem, tales sint, ut facilius quaestio super matrimonio orta sopiatur: non esse tamen necesse, sed sufficere sint habiles, quibus est sufficiens iudicium, uti patet ex Trid. *d. c. 1.* quod tantum requirit Parochum,

& duos vel tres testes, de qualitate non facta mentione; ut super ea non debeamus esse solliciti. Quomodo & mulieres videntur posse esse testes, & infames, quia & per eos potest constare de veritate; alias in finitibus litibus matrimoniales causæ subicerentur, quod non est de mente Concilii. Vid. Sanchez 3. *Disp.* 41. nu. 5.

Itaque hodie non aliter matrimonium contrahitur validè, nisi coram proprio Parocho, aut alio, quem Parochus vel Ordinarius substituerit, Sacerdote. * Ubi sufficiet verbalis licentia, cum dispositio omnis possit fieri verbo, nisi lex aut canon scripturam requirat. Neque enim scriptura regulariter requiritur ad actus valorem, sed tantum ad faciliorem illius probationem. Navarr. *hic Conf.* 12. Ut hic satis sit; licentia ista ei innoteat, cui concessa: quod omnino necesse, quia antè nihil operaretur vi solius licentiæ sibi concessæ, sed tantum proprio jure, quod nullum habet. Quo facit, quod passim habeatur, privilegia non prodesse, nisi à tempore scientiæ, *c. 1. De concess. præb. in 6. c. si tibi absenti De præben. in 6. l. Qui absenti 38. D. De acquir. possess.* Sanchez 3. *Disp.* 36. nu. 2. Unde nec rati habitio quidquam efficit, quia cum hæc licentia ad matrimonii valorem requiratur, debet adesse eo tempore, quo matrimonium celebratur: ut eam non ponat rati habitio, cum subsequatur. Deinde quod sit sub rati habitio de futuro, est in pendentem, ut ratificari possit, aut irritari. Non potest autem esse in pendentem Sacramenti valor, sed continuè debet esse aut validum, aut irritum. Sanchez 3. *Disp.* 35. nu. 17. Expressa sit licentia non est necessarium; satis enim est de præsentem colligatur voluntas committentis, cum tacitum & expressum in plerisque æquivalent & procurator ex tacita licentia actum legitimum perficiat; nam & parentia sufficiens ponit mandatum. Sanchez *d. Disp.* 35. nu. 20. Non est denique necesse, sit specialis licentia, cum sufficiat generalis, qua Parochus concedit alicui Sacerdoti exercere in sua parochia ea, quæ ad curam animarum spectant. Quod probatur ex eo, quod Trid. tantum requirat, ut alter Sacerdos adsistat de licentia Parochi, Adsistat autem de eius licentia, qui generalem habet

com-

commissionem, cum concessio generalis sit generaliter intelligenda. Navarr. *Conf. 13 nu. 2. b. 1.* Sanchez *d. loco nu. 7.*

20 Est & antiqui & probi moris, offerri Missæ sacrificium in matrimonii consideratione. Qui omnino laudandus, etiam ab Ethnicis usitatus, qui sine sacrificio non soliti contrahere nuptias: ut meriti sunt reprobandi sectarii nostri, qui omnem sacrificiorum usum sustulerunt. In sacrificio Missæ benedictionem contrahentibus impertitur Sacerdos: cuius tamen omisso non videtur ponere peccatum mortiferum, secluso scandalo, ratione consuetudinis & contemptus, ut patet ex Trid. *d. loco*, quod tantum hortatur conjuges, ne procedant ad matrimonii consummationem ante benedictionem. Danda ea per proprium Parochum, aut ab eo substitutum, Alius sine Parochi licentia eam si dederit, suspenditur tamdiu, quamdiu Ordinario Parochi, cuius erat benedicere, videbitur. Trid. *d. c. 1.* In alieno territorio benedictio ista in Missarum solemnibus non rectè datur, cum hæc solemnitas quid significet iudicarii, per quod possit ladi alterius iurisdictio. Ad secundas nuptias non spectat benedictio de jure communi, uti inferius dicitur.

21 Porro dicta de clandestinarum nuptiarum nullitate obtinet tantum in locis, ubi Conc. Trid. est publicatum; & quidem post triginta dies à publicatione, faciendâ in singulis parochiis, ut magis innotescat, ut expressè habetur in *d. c. 1.* & habet communis sententia, Nam quamvis Ecclesia, ejusque caput Pontifex Rom. immediate à Deo suam habeat auctoritatem, neutiquam à populo aut Clero, ut possit irritos reddere contractus clandestinos, independenter ab acceptatione populi, judicavit tamen expedire, non ante eos irritate, quam per subordinatas Ecclesiarum potestates in suis provinciis esset acceptata irritatio; posset enim eâ ex re gravius malum oriri. Itaque antequam acceptata sit ista irritatio, licet non sine peccato quis refragetur, clandestina matrimonia sunt valida; atque ita in Græcia, Anglia, & apud alias aliquot nationes hodie tenent clandestinè inita matrimonia, quod apud eas necdum obtineat lex novam suam. Rebel. *p. 2. lib. 2. qu. 7. nu. 13.* Sanchez *3. Disp. 18. in princ.*

22 Quid si Belga, aut originis ex regione, in

qua receptum est. Trid. agit in regione, non receptum, an validè nuptias clandestinè contrahat? R. Id aliquos admittit, si animus ibi domicilium figendi, non contrahendi, patiam repetere velit: verum probabilius esse sententiam contrariam, quam præstat, ut in *can. Illa Dist. 12. & can. Quispiam Dist. 41.* ubi consuetudini loci quis dicitur esse conformare. Et facit, quod quodam antiquum solemnitates quis obligetur legibus, in quo contrahit, cum rariore consuetudine quis sortiarur forum, *c. fin. sub. Desponsatione ubi ea de re actum.*

Quid si incolæ loci, ubi Conc. est receptum, conferant se ad locum, ubi non receptum sine Parocho contraheant nuptias? R. Non quaestionem, si animo domicilium ibi constituendi eo migrare, quia fruuntur legibus, quibus incolæ loci. Tantum est cultatem, si per modum transitus locum eant. Et sunt, qui putent non aliter validè matrimonium, quam si citra fraudem in alienam provinciam contrahentes, si sua fraus alicui patrocinari non debeat hoc, si uterque sit in fraude; nam si fraus fidei fuerit, ille prævalebit, & contra matrimonium subsistet, juxta *canonem pen. inf. De matrim. contr. contrahentibus in aliena loca. Probabilius est, validum esse matrimonium indistinctè à talibus alibi contractum, si peregrini à domicilio suo absentes nuptias contrahantur ejus legibus, si contrahat in loco, ubi reperitur, vel uti in *can. si similia, d. can. Illa*, ubi ait Aug. *in fine si sum Roma, jejuno, si Mediolani non sum.* Ratio est, quod lex loci non feratur ad locos absolute, sed ad subditos præsentibus in tali loco: vel potius dicitur ad locum, ut non comprehendat alios in loco. Qui proinde alibi existentes, si legibus liberi, contra eas agentes non debent dici mereri poenam, cum non contrahant, quod leges loci sui jubent, quæ solent violari ab existentibus ibidem, non etiam vari à his qui extra eum locum sunt, qui animus ex eundi fuerit, ne teneatur præceptum, qui animus non tam ponit fraudem, quam quæ actum annullat, quam totam esse*

tionis præcepti, quæ bona vel mala erit ratione finis aut causæ, propter quam fit. Itaque cum Trid. tantum adficiat loca, ubi publicatum & receptum, non potest dici contravenire, ejusque præceptum violare, qui alibi, ubi non obligat, nuptias clandestine contrahit, cum jure suo utatur, præceptum Trid. nequam violans, quod in loco isto non receptum non obligat. Aliud est, si quis, ne coram suo Parocho contraheret, alio migraret, ubi Trid. receptum. Vid. Sanchez d. Disp. 18 q. 4. n. 7. & in Decal. lib. 1. c. 13. nu. 35. Rebel. d. qu. 7. nu. 15. & 16.

24 Quid in captivis apud infideles statuen- dum? R. Eos non obligari decreto Trid. cum, secundum dicta, illud tantum obliget in locis, ubi receptum & publicatum. Non est autem receptum apud infideles, ut matrimonia eorum sine Parocho aut testibus sint valida, Nihil faciente, quod ante captivitatem in eorum parochia fuerit publicatum, cum lex posita loco obliget tantum eos, qui in loco sunt, non etiam qui extra eum agunt. Sanchez d. Disp. 18. q. 5. Rebel. d. qu. 7. n. 17. & 18.

Hæretici existentes in loco, ubi publicatum est Conc. non eximuntur ab ejus lege, & nisi coram Parocho & testibus contrahant, inutiliter contrahunt, etiam si in loco hæresis dominetur; nam eares non ponit immunitatem ab obligatione dicti decreti. In oppidistamen & pagis, ubi pastoris non est copia, nec ejus vices tenens haberi potest, nec proximis locis adiri, validè sine Parocho matrimonium iniri, dicitur declarasse Clemens VIII. Infideles inter Christianos habitantes non teneri hoc decreto, eo ex patet, quòd sit Ecclesiæ, cui se non subjecerunt: ut ejus legibus non teneantur, nam obligatio ad eas prærequirit subjectionem.

TITULUS IV.

De Sponsa duorum?

SUMMARIUM.

1. Una pluribus non est desponsanda.
2. Sponsalia posteriora non præjudicant prioribus.
3. Matrimonium prius non consummatum non dissolvitur per posterius consummatum.

1 **V**T una tantum habenda uxor, unus maritus, ita una non est desponsanda pluribus, nec sponsalia cum diversis ineunda; non tantum simul, sed ne quidem subsequenter. * Posteriora enim minimè prævalent prioribus: quæ matrimonio quidem ineundo cum alio impedimentum ponunt, non tamen nisi impediens; ut cum alio subsecutum teneat, secundum dicta supra Tit. 1. Quæ tamen res non est extra peccatum grave, propter gravitatem materiz, cap. 1. & 2. h. t.

2 **P**rocedit autem matrimonii istius effectus etiam ante copulam matrimonialem, cum ejus substantia consistat in consensu, per quem vinculum ponitur, non etiam in copula. Quomodo matrimonium prius non consummatum nequaquam dissolvitur per subsequens consummatum, c. 3. h. t. nihil obstantè contraria consuetudine, c. fin. h. t. Eo modo quo is, qui alteri rem vendidit & tradidit, frustra postea eandem alteri vendit, cum nihil juris in ea habeat. Nihil facit, quòd per consensum de præsentem ante copulam, non transferatur dominium corporis; nam satis est transferri potentiam ad copulam, Barbosa ad Rubr. D. Solutio matrim. p. 2. nu. 85, quæ facit matrimonium sponsalibus de futuro esse potius, & omne suum esse habere; cum qui transulit semel potestatem sui corporis, amplius ejus transferendi copiam non habeat. Notant leges infamia eum, qui bina sponsalia, binaque nuptias eodem tempore constitutas habuerit, l. 1. in fine D. De his qui not. infamia.

TITULUS V.

De Conditionibus appositis.

SUMMARIUM.

1. Condicio adjecta sponsalibus ea non vitiat.
2. Condicio impossibilis non vitiat, sed vitiat.
3. Condicio perpetua continentia an sit contraria substantia matrimonii.
4. Ad matrimonii valorem requiritur consensus in copulam.
5. Condicio de futuro suspendit contractum matrimonialem.
6. Idque in sui eventum.
7. Condicio omnimodò extitit an eum diffirat?
8. Con-

E e e

8. Con-

8. *Conditio præfens aut de præterito non suspendit actum.*
9. *Conditioni.* Si pater dixerit sibi placere, eo mortuo qualiter satisfiat.
10. *Quid si primò dissentiat & postea consentiat pater?*
11. *Conditioe impleta an verum sit matrimonium absque novo consensu?*
12. *An & impleta conditioe, si Pont. dispensaverit?*
13. *Copula interveniens, pendente conditioe, an purificet consensum?*
14. *Matrimonium inito cum duobus, sub conditioe honesta, quodnam prævaleat.*
15. *Et quid si utraque conditio simul venerit?*
16. *Modus adjectus continuò ponit actum.*
17. *Modus impossibilis aut turpis an rejiciendus?*
18. *Causa falsi: us non vitiat matrimonium.*
19. *Ut nec demonstratio falsa.*
20. *Quid si quis aliter non fuerit contracturus, nisi posita veritate causa aut demonstrationis?*
21. *Et quid si causa vel demonstratio sit contraria substantia matrimonii?*
22. *Sponsalia sub impossibili conditioe inita an teneant?*

Sponsalia sive de præfenti sive de futuro sunt de genere eorum contractuum, qui adjectione conditionis non vitiantur, *e. 3. & s. h. t.* sive ea sit necessaria seu congruens; sive honesta & possibilis; sive turpis aut impossibilis. Quæ licet non recte adiciatur, non vitiat tamen adjecta, sed vitiat, in favorem matrimonii, *e. fin. h. t.* quia uti in testamentis, & hic nemo præsumitur ludere & nihil agere voluisse; in quò à natura contractuum recedit matrimonium. Quòd accipiendum Primò in casu dubio, ut tunc pro matrimonio rectè præsumatur. Si verd constet joco & sine animo contrahendi adjectam esse talem conditionem, non tenebit matrimonium, contrahentium intentione præsumptionem juris elidente. Secundò, de conditioe impossibili natura aut legitimam ea, quæ per accidens talis est, v. g. si dicatur pauperi, *Contraho tecum, si mille dederis*, adjecta facit non continuo poni matrimonium ex mente contrahentium, sed differens, cum non sit tam impossibilis, quam diffi-

cilis; difficultas autem non liberet, *l. C. de nuptiis 137. §. illud D. de V. O. Covari. de p. §. 2. nu. 3. Tertio.* Non sit contractus matrimonii, ejus tria bona substantia pugnans; cujusmodi sunt reddidit ordine ad prolem; indissolubilis copulatione Sacramenti; fides invicem datur; vitiat matrimonium conceptum conditionibus. Si conceptionem etiam est contra bonum proles, Si adulterium dederis, quia est contra fidem; Dicitur inveno, quia est contra Sacramentum ponit individuum conjunctionem, & Neque enim sine substantia potest subsistere.

Ubi quaeritur, An vitiet matrimonium contracta ejus substantia, conditio continentia, veluti, *Contraho tecum, vas mecum in perpetua castitate, abbas petas, Religionem postea tecum inveni* contractum matrimonium ex mutuo consensu ejusmodi conditiones recte adici, & gari, salva substantia matrimonii, quæ rectè posita per actum supervenientem contrarium non vitiat, *arg. l. Emptio contrah. empr.* ubi licet sine pretio non hatur emptio-venditio, tamen si pretio venio posita fuerit substantia, & pretio solvatur, ut quia remissum, non tamen fert vitium substantia contractus, quæ habuit perfectum suum esse. Tercio quaeritur, An ante contractum talis conditio adferat, & impedimentum matrimonii ponat? Et posset videri non; onere Primò, ex eo, quòd copula non sit matrimonii essentia, cum matrimonium consistat, & ex solo consensu procedat, *l. 30. D. de R. I.* Secundò, quòd putatum matrimonium contractum per ingressum conjugum jus petendi amittant, ut dicitur *l. 1. de conj. III.* Altero lapso in actum liberatur alter à reddendo d. bono, ut parari possit obligatio ad copulam, ut sit dici esse de substantia, atque ita vitiat etiam ante matrimonium non adjectum substantia matrimonii. IV. Quædam sunt substantia, non ponatur illa, & quæ vitatur, eò quòd non adferatur substantia.

matrimonii. Nam si efferet, id foret vel quia ad-
verfaretur bono ipfius Sacramenti, id eſt indi-
viſibilitati, cui, ut patet, nihil involvit contra-
rium; vel bono fidei, ad quod ſpectat obliga-
tio non adulterandi, cui nihil contrarium indu-
cit, ſed magis auget; vel bono prolis, quod
non continet obligationem ad habendam pro-
lem, ſed ad non impediendum, ſi forte eam
habere lubeat. Ut obligatio ad prolem non fit,
ut eveniat abſolute; ſic enim inter ſteriles non
ſtaret matrimonium, ſed videtur obligatio eſſe
conditionata, & negativè accipienda, ſcilicet
non impediatur proles, per media nimirum
turpia, ſi forte animus fuerit coire. V. Quòd
inter D. Virginem & D. Joſephum fuerit verum
matrimonium, cum tamen uterque haberet
propoſitum ſervandi caſtitem *can. Coniux.*
xxvii. q. 2. Vid. Rebel. p. 2. lib. 2. q. 13. ſect. 4.

4 Illis tamen non obſtantibus, probabilis
eſt, deſiderari omnino ad valorem matrimo-
nii conſenſum in copulam; non quidem ex-
plicitum, ſed implicitum ac virtualem: quia
contractus matrimonii implicitè ordinatur
ad copulam, ut in illud explicitè conſenti-
ens, etiam in hanc conſequenter conſentire
ſit intelligendus. Facit, quòd matrimonium
eſſentialiter conſiſtat in mutua corporum tra-
ditione, per quam uterque conſtituitur do-
minus corporis alterius; quòd dominium in-
trinſecè conſequitur jus & poteſtas utendi il-
lo corpore ad finem intentum. Ut conditio
iſtiusmodi, licet ſit honeſta, repugnet tamen
intrinſecè fini matrimonii, atque ita illud de-
ſtruat: argumento emptionis - venditionis,
quæ nulla ponitur, ſubjecta conditione, per
quam neceſſitas ad rei traditionem aut pretii
auferitur; ex eo, quòd cum non adſtringantur
neceſſitate contrahentes, nihil cenſetur ac-
tum. *l. In vendendis 13. C. de contrah. empr.* Hanc
poſterioriorem ſententiam tenet Covarr. *hic p. 5.*
s. 3. in pr. nu. 1. & nu. 5. & 6. citans D. Th. in 4.
diſt. 28. q. 1. art. 4. ad 3. & alios, Adde Sanchez
2. Diſp. 28.

Patet ex dictis ſolutio ad argumenta op-
poſita. Et quidem ad primum; nam copula
eſt non ſit de eſſentia matrimonii, obligatio
tamen ad eam & poteſtas videtur ad ejus eſ-
ſentiam ſpectare, atque intrinſecè in ea con-
cludi, qua ſublata videretur eſſentia ejus eſſe

ſalva, exemplo emptionis - venditionis, ſecun-
dum modum jam traditum. Ut procedat
etiam in hac conditione, licet honeſta. *d. c.*
ſin. h. t. quòd non tam ſe fundat in turpitudine
quam in ſubſtantie deſtructione per condi-
tionem appoſitam, ſive honeſtam ſive turpem.

Ad 2. & 3. dicendum, aliud eſſe, necdum
inito matrimonio id deduci in pactum, quia
impeditur intrinſecè ſuis; aliud verò poſt
initum pacto, verbis, vel re judicata ius iſtud
invicem remittere, cum quæ ex poſt facto
veniunt, ſubjectum obligationis non inver-
tant, *arg. l. Pretii 9. D. de reſcind. vend. & l.*
Manifeſti 17. C. De ſolut.

Ad quartum R. ſp. ſatis contineri ſub pro-
hibitione *d. c. ſin.* cum faciat contra bonum
prolis: quòd omnino removetur per copulam,
præcipuum matrimoni ſuam. Ut non ſint at-
tendendi alii uſus matrimonii, qui ſunt ſalvi,
quia ſunt minus principales. Et quamvis non
ſit abſoluta obligatio ad prolem, non tamen re-
movendum eſt medium, per quòd proles ha-
beri poteſt.

An quintum dicendum, & D. Virginem
& D. Joſephum habuiſſe propoſitum con-
tinendi ex parte tantum contractus, at-
amen habuiſſe conſenſum ad copulam, qui
implicitè conſequitur contractum: ex parte
verò ipſorum contractum, propter pro-
poſitum continendi, nec abſolute nec con-
ditionaliter, ſi D. Joſephus peteret, conſen-
ſiſſe D. Virginem in copulam; quia ſuperva-
caneus fuisset actus iſte conditionalis, cum
certa eſſet ex divina revelatione, Joſephum
non petiturum. Itaque propoſitum hoc
non explicitum non impedit matrimonium,
ſecundum *can. Beata Maria xxvii.*
q. 2.

Ex dictis patet, ſolam conditionem poſſi-
bilem, contingentem, & de futuro concep-
tam, ſuſpendere contractum matrimonia-
lem, nam illi tantum adest conditionis natu-
ra. Quòd non tantum obtinuit ante Trid.
quo matrimonia clandestinè inibantur ex pa-
cto mutuo, ut citra ſcandalum potuerit ap-
poni iſta conditio, & ſuſpendi matrimoni
effectus, ad inſtar aliorum contractuum, ve-
rum & poſt illud, quando coram Parocho &
teſtibus contrahitur, cum per Trid. nihil ſit

Ecc 2 muta.

mutatum quoad hanc rem, quò minus decenter adjiciatur, quod possit facere contractum publicè initum impediri. Ubi advertendum, non tam adjici conditionem matrimonio, ut est Sacramentum, quod non potest esse in pendentem, quam ut est contractus civilis; eatenus enim, ut reliqui contractus, conditionem admittit.

6 Effectus huius conditionis est, non continuo ponere matrimonium, sed illud suspendere in sui eventum: quem expectare partes tenentur, quia eise obtraxerunt; quatenus in futurum concepta.

7 Ubi quaesitum, An conditio de futuro omnimodo extituta differat matrimonij contractum? R. Non videtur, quod talis conditio etiam in futurum concepta potius pro pura habeatur, & continuo ponat obligationem, licet differat actionem, cum quod omnino extitutum est, videatur nunc extare, *l. Quod si ea 18. De condit. indeb. c. l. Hares meus 79. in pr. D. De condit. & demonstr. Et ita habet communis sententia, quamvis aliud velit Glos, in c. Per suas h. 2. Cujus opinio sustineri potest in casu, quo verba indicant mentem fuisse contrahentium differre contractum in tempus appositum, v. g. si & quando Sol eras ortus fuerit, Covarr. hic. p. 2. c. 3. nu. 14.*

8 Condicio in praesens aut praeteritum actum neutiquam differt, sed eum vel continuo ponit si vera; vel si falsa, omnino removel, *l. Cum ad praesens 33. D. reb. cred. V. G. Si contrahatur matrimonium, Si patri placuerit, expectandus est ejus consensus, qui si taceat, habetur conditio purificata, quia id intenditur ea conditione, ne pater contradicat; non contradicit autem qui tacet. Et licet expressè non consentiat, non tamen dissentit, quod satis est juxta regulam in c. Qui tacet De R. I. in 6. Quod si conditio habuerit, Si pater dixerit sibi placere, tunc non satisfiet conditioni tacendo, cum conditio ista tendat eo ut pater beneplacitum indicet; non indicat autem taceas, juxta c. l. qui tacet De R. I. in 6, Sanchez. 1. Disp. 7.*

9 Quid si pater fuerit mortuus? R. Si sciverint contrahentes mortuum esse, tamquam impossibilem haberi pro non adjecta, secundum d. c. fin. Si verò ignoraverint, nihil impe-

dire, quo minus matrimonium contrahatur, si quidem conditio eventus, citius ne sit apposta, ne in patris iniuria, quod poneret displicentia & contradicere heretur matrimonium. Non potest autem ter contradicere, nec potest dici eventus qui mortuus est. Vid. Sanchez. 2. d. Disp. 7. c. segg.

Quid si primò dissenserit pater, & postea consentiat? R. Videtur aliquando officere priorem dissensum, quo minus cedens consensus faciat impletam conditionem, eamque suum sortiri effectum, *l. Licet De procurat. in 6. ubi pater, qui primò tenuit acceptat matrimonium, postea nihilominus acceptare potest, tamen, conditionem potius delectat impletam esse, propter priorem dissentium, qui dat alteri resiliendi licentiam, ac vitio, propter extinctam semel obligationem, cuius spes pependebat à voluntate, quod quidem prima, cum sermo simpliciter sit de aliquo actu futuro, de primo non cogendus, *l. Boves 89. §. 1. D. De P. S. Cui primò dissenserit, nihil faciet, quod postea consentierit, quia conditio defecit, quia tincta non reviviscit in detrimentum, *l. Cum ex causa C. De remiss. pign. fin. dem l. fin. C. De condit. insertis, ubi negans adimplere, postea patiens potest ex eo, quod semel repudiatum non retrogritur. Quod tamen rectè limitabitur, res iterum consentiant signo aliquo, ut eos posse certum est. Non obstat *l. Licet, quia loquitur de actu conditionis, Sanchez d. Disp. 7. nu. 8. c. 9.****

Quaeritur autem, An conditio in continuo ponat matrimonium, ut non sit opus novo consensu? R. Hoc verius dicendum notissimam juris Reg. quae Conditionalis dispositionem puniat eventum conditionis, *l. Hac re conditio 1. contrah. empr. §. omnis c. §. ex conditio 1. fin. De verb. oblig. Quo facit reat in fine De sponsal. in 6. ubi quaeritur, an contractus sub conditione initus oriatur in partem publicae honestatis? & resolvitur, Potest oriri ante eventum conditionis. Unde colligitur solo conditionis eventu ponit*

salia : ut idem sit iudicandum de matrimonio, eum tantum operetur consensus purus de presenti ad matrimonium, quantum purus de futuro ad sponsalia. Ut tantum etiam possit conditionalis de presenti ad matrimonium ubi evenit, quantum potest de futuro ad sponsalia, cum utrobique dispositio conditionalis purificetur, adveniente conditione, & ab eo tempore censetur perfecta, ac si ab initio pure fuisset contracta, l. Potior 11, in pr. Qui potiores in pig. hab. Estque sententia hæc communiter recepta à Juris Pontificii Interpretibus, Innoc. in c. 1. nu. 4. & c. Super eo 5. h. t. Navar. in Summa c. 22. nu. 63. & Conf. 1. h. t. & alius, quos refert & sequitur Sanchez 5. disp. 8. nu. 5. Dissentit tamen Covarr. hic p. 2. c. 3. in princ. nu. 5. qui non alias matrimonium vult poni, quam si post impletam conditionem subsequatur novus consensus, mixtus verbis d. c. Super eo, quæ tamen non obstant receptissimæ sententiæ. Nam quod ibi dicitur, non esse quempiam compellendum ratione subiectæ conditionis ad matrimonium consummandum, rectè accipitur in casu, quo necdum evenit conditio, ut patet ex veris. nisi voluntas, & verbis finalibus, qui in alieno arbitrio non habito sed habendo consistit. Nihil facit, quod, ut ait Covarr. d. loco, conditionalis consensus non sufficiat ad matrimonium, quod desiderat consensum de presenti purum; quia conditionis eventu purificatur consensus. Non obstat etiam, quod matrimonium sit Sacramentum, quod non potest esse pendens; nam hoc non procedit, quando Sacramentum dependet ab alia materia aut contractu, cuius naturam non immutat, ut, si sit ex se in pendenti, non mutetur propter Sacramentum, quo ex eo consequitur. Vid. Pont. De matrim. lib. 3. c. 14. nu. 2. & seqq.

12. Quæstio item est, An idem dicendum de conditione, si Pontifex non dispensaverit? R. Ex præmissa communi opinione etiam hæc in parte adfirmandum esse, continud scilicet dispensatione obtentâ poni matrimonium, non requisito novo consensu; cum et si pro tempore contractus conditionalis matrimonium inter contrahentes esse non potuerit, propter impedimentum Canonicum, conditio tamen referatur in tempus licitum, quo remotum

erit impedimentum: ut eo remoto consensus sit purus, & matrimonium ponat, arg. l. In tempus 61. D. De hered. instit. ubi rectè instituitur hæres pro tempore incapax, in tempus, quo capax erit. Et ita communiter tenent Canonistæ, & consuetudine receptum esse testatur Boët. Decis. 264. nu. 27. Nec est, quod hic obijciatur, hanc conditionem pendere à voluntate Pontificis, qualis jure habetur impossibilis, arg. l. Cum servus 39. in fine. D. de legat. 1. ut possit videri contractus hic cadere in materiam capacem: nam illud verum est in casu, quo non solet Princeps consentire, ut ibidem additur. Ut aliter se res habeat in casu, quo consentire solet, uti hæc in materia. Vid. Sanchez d. Disp. 8. qu. 2.

Quæ dicta de effectu appositæ conditionis, eatenus vera sunt, quatenus non intervenit copula ante eventum, vel defectum; per eam enim videntur partes, remissa conditione, pure in matrimonium consensisse, ut defectus ejus subsequens nihil operetur. Et ita in terminis loquitur c. 3. h. t. Quod procedit non tantum ante Trid. sed & post illud, si matrimonium antè fuit initum coram Parocho & testibus, licet sub conditione de futuro, quia nihil deficit ex solemnibus, & per commixtionem conjugalem recessum est à conditione, & positus consensus præsens, purus. Sanchez d. Disp. 8. qu. 4. nu. 25. Idem non operabitur copula habita post defectam conditionem, cum ponat actum merè fornicarium. Quod & dicendum, si copula subsequatur conditionem repugnantem substantiæ matrimonii, cum ejusmodi conditio impediat contrahi matrimonium, ut ne quidem dici possit ponere spem matrimonii, quæ copulatur, & per eam contractus purus ponatur.

Sunt & dicta vera, nisi ante expletam conditionem dissenserit alter, quia ante non potest poni matrimonium, ut revocato jam consensu subsequens implementum nihil operetur. Quamvis non sine peccato alteri consensum mutet, cum teneatur expectare conditionis eventum, ad quem se obligavit, d. l. Potior D. Qui pot. in pignore hab. Neque enim à contractu inito, altera parte invita, receditur sine noxa, nisi causa excusans subsit, Covarr.

Ecc 3

var.

varr. d. c. 3. in pr. nu. 6. Dissentit tacite, qui pendente conditione cum alio matrimonium inicit. e. un. in fine De sponsal. in 6. Quod licet illicite fiat propter violatam fidem, tenet tamen, ut dictum Tit. 1.

14 Quid si quis cum duabus matrimonium inient sub conditione honesta? R. Illud videri futurum potius, cujus conditio prius impl. ta. Nam cum eventus conditionis ponat perfectum contractum, secundum dicta, & ante illud nihil censetur actum, illud matrimonium censetur perfectum, cujus conditio prius evenerit, praevalbitque ei, quod prius taliter contractum, cujus spes deficit, quia uni conjunctus non potest alteri conjungi. Et licet qui uni dedit fidem sub conditione, illicite det alteri, tamen quia conditio non ponit contractum, sed tantum spem, fit, ut praevalcat illud, cujus conditio primo evenit, per quam alteri quaeritur jus in rem potius altero, cui tantum est jus ad rem, vel tantum spes, arg. l. Quoties C. De rei vindic.

15 Quod si utraque conditio simul evenerit, veluti quis cum duabus contraxit, si dotem obtulerint 1000, utraque illam offert simul? R. Videri probabilius, cum neutra consistere matrimonium, propter incertitudinem, quae vitiat matrimonium. Nam cum consensus trahatur ad tempus impletæ conditionis, & utraque simul impleatur, perinde est, ac si eodem tempore cum duabus quis contraheret. Nec recte objeceris, praevalere debere contractum initum cum priori, ut priorem tempore. c. Qui prior D. de R. l. in 6. Nam hoc procederet, si absolute prior contractus initus fuisset; nunc autem, cum tantum sub conditione sit initus, est imperfectus, & idem operari nequit, cum censetur revocatus, non tantum si conditio posterioris evenerit, sed & si simul conditio utriusque eveniat, propter incertitudinem. Non recte etiam objeceris, per posteriorem contractum esse priori derogatum, l. fin. D. De divort. atque ita posteriorem praevalere; nam & hoc procedit, quando promissio est absoluta, non etiam quando conditionata, & sic imperfecta. Sanchez d. Disp. 8. qu. 3. nu. 15. Quod & dicendum de sponsalibus de futuro: nam licet his prioribus per posteriora, quia priora fuerint perfecta,

non derogetur, prioribus tamen conditionibus poterit derogari per posteriora, ut obligent in ratione sponsalium, quia posteriora est mutata voluntas directi sponsum. In ratione tamen promissionis dicitur isti contractui non esse derogatum, et iniquè & contra justitiam sit mutata voluntas. Sanchez ibid. nu. 18.

Adiicitur & recte modus: qui inest à conditione, quod actum non suspendit sed continud ponat, cum limitatur acturum, continere aliquod gravamen, cuius tamen defectum matrimonium contractum non potest irritari, v. g. Contrahens ut semper annulum gestes. Sanchez ibid. nu. 4.

Ubi quaesiturum, An & hic impossibilitatis reijciendus? R. Si sit contractus stantiam, impedire contractum. Sed quod non suspendat actum, nec praeterrogationem, sed eam subsequatur, quod ideo minus causat vitium ipsius contractus, cuius valori repugnat, & repugnantia multiplicat. Alias in foro extremo habetur pro non adjecto, atque ita facere, valeat, non admittit pœnitentiã, cum matrimonio contracto resiliere non licet. In dubio; nam si mens sit contrahendi, si quis impleatur, vitiat contractum. hic p. 2. c. 3. §. 1. num. 8. & 17. Sanchez ibid. nu. 5.

Interdum & adiicitur causa, quae in praeteritum vel praesens collata, ut fallitas non vitiat matrimonium, et turpis aut impossibilis, ex eadem ratione obtinet in tali conditione. Dixi, si praesens vel praesens collata; quia in futurum collata peret conditionem, & de illa judicandum esset, quod de conditione.

Demonstratio addita licet falsa non vitiat quoque matrimonium, quare non est, modo de persona pateat, quia demonstratio non vitiat legatum, l. fin. de legatis §. Hinc proxima 30. Cum quaedam demonstratio addatur, frustra l. fin. de uxori D. de dori praeleg. Ut idem matrimonium obtinere sit dicendum, quod si nullus. Dixi, quantum in se est; nam si curret error personae, aut conditionis

lis, impediatur effectus contractus, quia deest animus. Nominis quoque error non vitiat, si de persona constet *arg. lib. 4. De legat. 1.*

20 Quid si quis aliter non fuerit contracturus nisi posita veritate causæ aut demonstrationis? R. Si absolute consenserit, esse nihilominus validum contractum, nisi error personæ aut conditionis concurrat: si verò non consenserit absolute, sed tantum supposita veritate causæ aut demonstrationis, non esse matrimonium in conscientia, nec etiam fore in Ecclesia, si probari possit. Ratio est in defectu consensus.

21 Quid si causæ vel demonstratio adverteret substantiæ matrimonii? R. Navarrum, in *Summa c. 22. nu. 62.* velle matrimonium ideo esse nullum, quod apponens huiusmodi causam vel demonstrationem non videatur absolute consentire in matrimonium. Verius tamen non impedit matrimonium adjectione ejusmodi causæ, si vera sit, siue falsa, v. g. *Accipio te, quia sterilis es, quia venena procrea si sterilitatis.* Ratio est, quod quæ matrimonium vitiant aut variant, debeant referri ad substantiam contractus, quo non refertur causæ aut demonstratio, cum tantum spectent ad rerum opiniones, quas contrahentes conceperunt, vel ad causas, quæ movent ad contrahendum, nec designent consensum in illas fieri. Deinde ut vitiant, se habent ut objectum, aut partem objecti; non habent autem se taliter, sed antecedenter, & ut motivum aliquod, ut non irritent. Et hoc, nisi contineant errorem personæ, aut conditionis, ut, *Contraho tecum, quia es libera, quia es primogenita;* nam error circa hæc vitiat, *inf. Tit. 9.* Vid. Sanchez *d. Disp. 19. nu. 2.*

Dicta de conditionis, modi, causæ, demonstrationis adjectione etiam obtinent in sponsalibus de futuro, ex rationibus antè allatis.

22 Verum quaeritur, An sponsalia sub impossibili conditione inita teneant? R. Probabile esse non obligare per absolutam obligationem, scilicet ratione, quod contractus pendens à voluntate contrahentium, cujusmodi hic, non extendatur ultra eorum intentionem: qui cum noluerit contrahere, nisi sub tali conditione, non potest ex isto contractu

resultare obligatio absoluta. Deinde qui aliter non vult se obligare, quam posito eventu impossibili, cogito ut tali, simpliciter se non obligat, *l. Non solum D. de oblig. & act. & §. Si impossibilis instat. De inutil. stipulat.* Nihil facie dispositum in *c. fin. h. t.* quia loquitur de matrimonio, quod ponit contractum præsentem, in quo adjectus eventus impossibilis habetur pro non adjecto, idque in favorem matrimonii. Qui favor cum sit in re odiosa, utpote in præjudicium apponentis, non est ampliendus ad sponsalia, de quibus lex non loquitur. Disparitatis ratio esse potest, quod cum iudex dubitet, an contrahentes intendant absolute contrahere, an vero suspendere consensum in conditionis eventum, periculum sit ex una parte, ne injuria saltem materialis fiat apponenti istam conditionem, si contra eum judicetur, ex altera verò parte, ne fiat injuria Sacramento matrimonii, si judicetur non stare, quod forte legitimum erat. Atqui cum ex istis duobus præponderet Sacramenti dignitas, in favorem ejus declaravit Pont. matrimonium subsistere, conditione ejusmodi habitâ pro non adjecta. In sponsalibus autem ejusmodi ratio cum non militet, si quidem non ponant Sacramentum, eorum non tanta habenda ratio, cum probabili partis periculo, ante conditionem impletam. Accedit, quod in dubio sit melior conditio possidentis; ut, cum de sponsaliorum validitate dubitetur, nemo sit spoliandus suâ libertate. Plerique tamen idem ponunt in sponsalibus, quod in matrimonio, cujus fit initium, dispositum, ut quod in hoc obrinet, debet in illis obtinere, *lib. Oratio D. De sponsal. Vide Sanchez Disp. 17. Rebell. p. 2. lib. 2. qu. 10. sect. 5.*

TITULUS VI.

Qui Clerici vel voventes contrahere possint.

SUMMARIUM.

1. Circa impedimenta matrimonii contrahendâ an quid laica possit potestas.
2. Impedimenta dirimentia an solus Pont. inducat?

3. Impo-

3. Impedimentum novum dirimens an consuetudine induci possit?
4. An & tolli per Canones positum?
5. An eo casu requisita scientia Pontificis?
6. Impedimenta alia impediencia tantum, alia impediencia & dirimentia.
7. Votum solenne ponit impedimentum dirimens.
8. Quo iure dirimatur eo casu matrimonium.
9. Votum simplex non dirimit matrimonium.
10. Votum simplex castitatis an dirimat sponsalia?
11. Virginem deflorans post votum simplex an eam ducere teneatur?
12. Ordo sacer ponit impedimentum dirimens.
13. Idque solo iure Ecclesiastico.
14. Ordo quando non obliget ad continentiam.

Inter quos matrimonium & quomodo contrahatur, traditum haecenus; nunc aliquot Tit. sequentibus de impedimentis subijcitur, quae faciunt inter aliquos contrahi non posse, & contractum non stare. * Hæc, inspecta rei natura, non tantum Ecclesiastica, verum & politica sive laica potestas inducere possit. Nam licet matrimonium sit Sacramentum, cujus determinatio ad Ecclesiam spectat, est tamen & contractus civilis, cujus nomine laica quoque potestati subijcitur. Verum Ecclesia potestatem determinandi circa matrimonia fidelium laicis ademit, sibi que reservavit, propter dignitatem Sacramenti, quod conveniat rerum sacrarum jura & causas ad solam potestatem Ecclesiasticam pertinere, ab ea pendere & decidi. Dico, fidelium; nam matrimonia infidelium & paganorum non subsunt legi Ecclesiasticae, ut nec ipsi pagani, *cap. Gaudemus inf. De divort.* etiam in terris fidelium Principum habitent; neque enim per hoc possunt censi acceptasse legem Evangelicam, sed sequuntur leges suorum Principum, sive fidelium, sive infidelium, & tenebuntur impedimentis ab iis statutis, ratione contractus civilis. Latè hac de re Sanchez *lib. 7. Disp. 3.* & Pontius *lib. 6. cap. 1. 2. & 3.*

2. Quæritur autem, An solus Pont. Rom. possit inducere impedimenta dirimentia circa matrimonium? R. Possit quidem videri & Episcopis id licere, cum quod potest Pont. in universo orbe, id Episcopis liceat in suis dioc-

cesibus, in quibus sunt ordinati Pallores. acceptis, quæ universalem Ecclesiam spectant, & quæ specialiter sunt reservata Pontifici. Verum aliter habet generalis consuetudo, quæ Rom. Pontifici videtur posse potestatem statuendi hæc impedimenta, nam impediencia videtur posse hæc in copus, cum ex causa interdiceret potestatem trahatur matrimonium, ut dicitur in *Covarr. hic. p. 2. c. 6. §. 10. nu. 16. Sanchez. d. Disp. 1. in fine.*

Q. II. An consuetudine induci potest novum impedimentum dirimens? R. Licet verius, quatenus legitime est præscripta rationi consona; qualis cum habeat vim, ut dictum supra *De consuet. nu. 4.* ita dicitur ea, quæ per legem induci possunt. *Et cap. 1. & 3. inf. De natis ex libero cop. contra consuetudinem conjuncti* o licet non missa, dicitur tamen non ferenda. Ut autem opus scientia Pontificis, cum & laice inducatur consuetudo, ut probatur in *De consuet. nu. 11.* etiam in sacramento cum *c. fin. d. tit.* tantum desideretur, ut præscripta & rationi consona. Sanchez *Disp. 4. nu. 11.*

Q. III. An & consuetudine tolli potest impedimentum per Canones positum? R. Videri, non esse eas consuetudines, quæ *Quod super 5. inf. De consang. & affin.* contra gradus prohibitos non admittuntur matrimonium, non obstante consuetudine, admittente scilicet conjugationem, dicitur potius esse corruptela: ut videtur reprobata esse, atque ita rationi consona. Ita vult Abbas in *d. c. 5. num. 4. §. inf. De cognat. spirit.* qui ad idem deus impedimentum novum induci potest per consuetudinem, non etiam tolli, quia res sit contra bonos mores; illa verò bona & bonis moribus respondens. Verum non facile alicui probabitur, contracta opinio, quæ etiam per consuetudinem posse tolli matrimonium, eo modo, quo supra dicitur potest, cum contrarium eadem sit ratione. Nec facit ratio Abbatis, quod dicitur per *d. cap. 5.* vel quia est contra jus Pontificis. Hoc dici nequit, cum, ut patet ex *cap. 1.*

De consuet. & D. eod. n. 29. & seqq. contra leges & Canones consuetudo rectè inducatur, non etiam illud; nam & reprobata consuetudo potest postea ex nova causa, quæ tollat iniquitatem, quæ ante suberat, induci, & justificari. Et ita habet frequens & vera Doct. sententia. Præterea potest d. c. 5. accipi de consuetudine allegata quidem, non tamen probata, aut mala, quia necdum legitime præscripta, cum, ut patet ex c. fin. sup. De consuet. consuetudo prævaleat juri scripto, præscripta scilicet legitime & rationabilis. Non potest autem hoc casu dici irrationabilis, cum tantum juri Pontificio opponatur, neutiquam vero aut divino aut naturali, nec quidquam involvat moribus bonis contrarium, cum impedimentum semel positum à lege ut potest tolli per legem, ita & debeat posse tolli per consuetudinem. Sanchez. d. Dissp. 4. num. 14.

Q. IV. An eo casu requiratur scientia Pontificis? R. Id aliquos velle, nullo tamen fundamento, cum d. c. fin. tantum requiratur, ut sit rationi consona, & præscripta legitime, nulla autem fiat mentio specialis scientiæ Pontificis. ut ea frustra hac in parte desideretur; ut nec desiderati in ulla consuetudine, dictum sup. d. tit. De consuet. Covarr. hic p. 2. c. 6. §. 10. num. 30. Sanchez. d. loco.

Sunt autem hæc impedimenta duplicis ordinis, alia impedientia tantum, alia impedientia simul & dirimentia. Hoc Tit. & aliquot seqq. de dirimentibus agitur: quæ ita dicta, non quod contractum matrimonium dirimant, sed quod efficiant, ut valide non contrahatur. Talia de jure antiquo sunt duodecim, contenta his versibus:

Error, conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Culus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas.

Si quis Aduis, si forte coire nequibus.

Accessit ex Concilii Trid. decreto clandestinitas, de qua sup. Tit. 3. vitians quoad modum; uti & raptus, donec durat violentia, de qua inf. De raptorib. Cum dirimente aliquo impedimento contrahere est peccatum mortale, quod contraveniatur prohibitioni Ecclesiæ in re gravi. Hoc Tit. agitur de impedimento, quod ponit Votum & Ordo; quæ duobus sunt adfina, & alterum ex alterius intel-

ligentia dependeat, rectè hic conjunguntur. Votum aliud solemne, aliud simplex, uti dictum sup. De voto. Illud ponit impedimentum dirimens matrimonium subsecutum c. 1. & fin. h. t. c. unico De voto in 6. Imò & præcedentis matrimonii non consummati vinculum dissolvit, secundum dicta sup. De convers. conjug.

Quæritur autem, Quo jure contingat ista dissolutio? R. Esse, qui jure divino id fieri adferant, propter solemnem, quæ intervenit, traditionem, traditum enim uni eo jure alteri tradi nequit: rectius tamen juri humano Ecclesiastico id adscribi. Covarr. hic p. 2. c. 7. §. 4. num. 7. Barbosa ad Rubr. D. Solutio matrim. p. 2. num. 98. Et probatur, quia non habet hoc ex natura voti, cum alias & simplici voto idem adscribendum foret, quod tamen patet ei minimè competere. Unde solemnitati id tribuendum, quæ statuto Ecclesiastico est introducta, quo sublato, nullum esset votum solemne. Quod probatur ex d. c. un. De voto in 6. ubi voti solemnitas dicitur inventa ex sola constitutione Ecclesiæ. Patet idem ex c. Rursus pen. h. t. ubi dicitur, quoad Deum non minus obligare non solemne, quam solemne: nusquam autem legitur illud ponere impedimentum dirimens; imò impedire quidem contrahendum, non tamen contractum dirimere, expressum est c. 3. & h. tit. Ut hæc distinctio rectè attribuaturs statuto Ecclesiastico, Et hoc, quatenus est Religionis per Sedem Apostolicam approbata, quia alias non habet istam vim, d. c. un. De voto in 6. Nihil facit traditio, quæ intervenit, nam hac in materia est alterius conditionis, quam in materia justitiæ. Imò eam compatitur matrimonium, ut patet in conjugato, qui potest aliquot casibus profiteri, manente nihilominus salvo matrimonii vinculo Vid. Sanchez. d. l. 7. Dissp. 20.

Voto itaque simplici non adest idem effectus, per quod acquiritur quidem jus ad rem, non tamen in rem, propter cessantem traditionem. Undè postea alii vovens se valide tradit per matrimonium, arg. l. Quoties Cod. De rei vindic. Licet non sine peccato, cum semel Deo promissum sit præstandum. can. Quibonavi. qu. 15. quia grave Deo datam fidem fallere. Ponit tamen votum simplex impedimentum

tum impediens matrimonium, d. c. 3. § 6. habetque effectum dirimendi sponsalia, si sive præcedentia, sive sequentia. Quod omnino verum est in voto Religionis, cum obliget ad rem statui matrimoniali contrariam.

10 **Q**uestionis autem est, An & votum simplex castitatis dirimat sponsalia? R. Esse quidem voto simplici præcedenti vim irritandi sponsalia subsequentia, c. *Rursus h. t.* quod contineant rei illicitæ promissionem, quippe jam alteri promissæ, non tamen eandem vim propositam esse voto coelibatus in sæculo servandi; nam istud non ponit obligationem quoad præcedentia sponsalia. Quæ sententia juri est conformior, & pro ea adducitur textus in c. *Veniens s. h. t.* in quo mulieri voventi postea de fide sponso mentita satisfactio est indicenda; quam iudici non esset necesse, si sponsalia dirimerentur per votum subsequens. Præterea non videtur res ista talis, quæ sub votum cadat, cum alteri debeatur, cui non debet fieri præjudicium, ut Deo ejus facta promissio non teneat. Nec facit quod aliter se res habeat in voto Religionis; nam si concessum ingredi Religionem post matrimonium, quidam & post sponsalia? cum hoc votum se habeat eo modo ad sponsalia, quo solemne ad matrimonium Abbas d. c. *Veniens num. 5. Navar. in Summa cap. 22. num. 27. Innoc. ad d. c. Rursus, Sanchez 1. Disp. 46. num. 9.* Hinc & votum de suscipiendo Ordine sacro non liberat à sponsalibus, cum Ordini quidem sit adnexusum votum, per se tamen simplex, & quidem castitatis, quod, uti dictum, sponsalia non solvit in detrimentum alterius.

11 **A**lia questio est, An qui post votum simplex virginem defloravit, teneatur eam ducere, non obstante voto simplici? R. Ita rectius dici, cum votum non obliget, rebus notabiliter mutatis, uti hic, propter vinculum justitiæ, quod supervenit, & gravissimum proximi damnum prævalens voto; si tamen jubeatur eam ducere per judicem, uti dicitur infra *De adult. & mulier ignoraverit votum; nam si sciavit, habet quod sibi imputet, Sanchez 1. Disp. 45.*

12 **A**lterum impedimentum, de quo hoc Tit. ponit Ordo; qui alius major alius minor, ut dictum sup. lib. 1. Ille præcedens ponit impedimentum dirimens, propter tacitum continen-

tia; votum ordini sacro adnexusum, c. 1. *De 10 in 6.* Dico præcedens; quia sequens tollit vinculum matrimonii.

Dubitarum autem, Quo jure sit hoc hoc impedimentum? R. Verius esse, hoc impedimentum esse inductum, cum muliere divino inveniatur præceptum irritum, quæ repugnet Sacerdotio matrimonium compariatur, uti patet in Sacerdotio veteris Testamenti, & in Græcis Sacerdotibus detnis, quibus est permissus matrimonium. Et licet à temporibus Apostolorum in Ecclesia, ne promoti ad Ordinem in matrimonium, inde tamen non sequatur divinum, cum ab Apostolis statutum videtur in Ecclesiastico attribuitur. Sanchez 7. *Disp. 1.*

Dicta de impedimento ex ordinis habentia vera sunt, quatenus quis volens in matrimonium, inde tamen non sequatur venerit, ille faciet talem non continentiam, atque ita matrimonium tamen teneri, secundum dicta sup. *De 10 in 6.* idem de ordinato in infantibus, quia non potuit se obligare, ob defectum pubertatem ordinatus, licet sententiam habente, per text. in *can. 1. & can. 11. 1.* ubi ante pubertatem emissum votum non tenere, ut dictum sup. *De coelibat. & mulier. num. 11.* ubi & dictum de promotione Ordinis irritam non inducentem defectus alicujus substantialis, siue quæritio facta à non Episcopo: ut non peccator ordinatus, cum ne quidem voto simpliciter sit dicti obstructus. Vid. Sanchez 7. *Disp. num. 13.*

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.

SUMMARIUM.

1. *Machinatio mortis alterius conjugii impedimentum dirimens.*
2. *Item adulterium cum alterius machinatione quando ponat hoc impedimentum.*
3. *Adulterium cum promissione de ducendo quando ponat hoc impedimentum.*

- 4. An & solum adulterium sine fide data?
- 5. Liberi ex adulterio suscepti debentur alimentis.
- 6. Ut & spurii omnibus.

DE crimine hic agitur, quod ponit impedimentum dirimens, & videtur triplex esse. Primum oritur ex machinatione mortis alterius conjugis. Ubi debet machinatio suum sortita esse effectum: non obstante textu in *c. 1. §. 6. h. t. §. c. 1. sup. De convers. conjug.* quæ tantum faciunt mentionem machinationis, quia verba cum effectu sunt intelligenda, pœna non imponitur nisi crimini completo. Debet etiam uterque ad eam concurrere, saltem consilio aut mandato ad mortem cõperando. Rati habitio non sufficit, cum ad actum non concurrat. Alter sit infidelis, vel uterque fidelis, non refert, *d. cap. 1. sup. De convers. conjug.* Denique fiat & animo inveniendi cum altero matrimonii: quæ conditio licet non exprimat per Canones, vult tamen eam subintelligi ratio inducti impedimenti, scilicet ne conjux conjugis vitæ infideliatur, ut eo liberatus cum dilecta magis persona contraheret.

2. Secundum ponit adulterium, cum machinatione alterius tantum. Quem modum cum priori quidam conjungunt, à quo tamen rectè separatur, cum ibi requiratur utriusque machinatio, licet non intervenit adulterium, hic autem requiritur adulterium, & alterius machinatio sufficit, *c. 1. §. 3. h. t.*

3. Tertium, adulterium cum promissione de ducendo post mortem conjugis, vel matrimonio de factio inito, superlute alterius conjugis, *c. 1. §. 4. h. t.* Ubi primò oportet verum cum primo fuerit conjugium, quia alias putativum non præstabit impedimentum, *d. c. 2.* Deinde adulterium sit completum, durante conjugio cum altero, quia alias non erit crimen perfectum sed inchoatum tantum, quod non meretur hanc pœnam, & deficeret conditio, ob quam pœna præcipuè imponitur, *c. fin. h. t.* Tertio, alter sit conscius conjugii prioris, *d. c. 2. §. 4. h. t.* ut si alter ignoraverit, etsi de copula fides data, aut etiam de factio matrimonio inito intervenit, non tamen impediatur secundam habere, novo consensu interveniente, *c. 7. hoc t. cum alias non si. formale*

adulterium, nec debeat vir ex suo dolo reportare commodum, *d. c. hoc t.* Ubi si fuerint conjuncti, superlute priori, vir non potest, primam mortuam à secunda inficia matrimonii prioris recedere, secundam tamen est licentia recedendi à tali viro, quia ignorantia facit eam non peccasse. Quarto, oportet promissio sit expressa signo exteriori; nam in corde retenta non poneret impedimentum, quod in ea non obtrineat ratio impedimenti. Faciunt enim Canones passim mentionem fidei datæ, aut contracti matrimonii, quod requirit exterioris signum. Nihil excusabit, quod diu simul cohabitavit, ut & liberos generavit, cum multiplicitas prolis ita susceptæ eorum crimen magis exaggeret, & diurnitas temporis non tam peccatum minuat, quam augeat, *c. 5. hoc t.*

Ex quibus patet resolutio ad questionem, 4. An solum adulterium, vel sola fides data, vel solum matrimonium, ponat hoc impedimentum? Respondendum enim negative, ut patet ex *c. 6. h. t.* ubi adulterium sine fide data non impedit postea cum eadem contrahi nuptias & ex *c. fin. eod.* ubi contractus initus cum secunda, vivente primam, non impedit cum secunda contrahi postea matrimonium, si copula non intervenit; & Canones passim requirunt utrumque simul scilicet copulam cum fide data, aut matrimonio de factio inito: ut non nisi utroque posito possit poni impedimentum, quia non solet poni pœna, nisi positus requisitis ad crimen. Nec obstat *can. 1. §. xxxi. q. 1.* in quibus indistincte dicitur, non licere ducere in uxorem pollutam prius per adulterium; quia generalis & indistincta illorum Canon, locutio restringitur ibi per loca subsequenti, secundum jam dicta. Uxoridium ponit impedimentum impediens tantum, de quo infra *Tit. 16.*

Mandat autem Pont. hic *d. c. 5. in fine*, ut liberi ex adulterio suscepti alimentis secundum facultates à parentibus ministrantur, secutus jus naturæ, ne qui nihil d. h. queunt, eam pœnam subeant, quod à parentibus alii nequeant, ut secundum rigorem statuerat jus civile, *Auth. Ex complexu C. De incest. nupt.*

Ubi quaeritur, An *d. cap. decisio* locum habeat in omnibus spuris? R. Hoc quidem negare

gare Paleor. in *Tract. De nobis et spur.* cap. 46. num. 4. qui vult tantum agi ibi de natis ex putativo matrimonio: verum rectius dici, ad omnes pertinere spurios *d. cap. 5.* decisionem, quia nititur jure naturali, quo mandatur educatio liberorum. Et facit, quod matrimonium de quo *d. c. 5.* non possit dici putativum, cum contra legem sit initum; & non tam subsit ignorantia facti, quam juris, quæ non excusat, nec facit poni matrimonium putativum, quod ponitur per justam facti ignorantiam, de qua *ios. Qui filii sint legit.* Denique si putativum foret, frustra moveretur questio de ns alendis, cum tales succedant in parentum hereditatem, ut dicitur *infra Tit. 17.*

TITULUS VIII.

De conjugio leproforum.

SUMMARIUM.

1. Leptra superveniens solvit sponsalia.
2. Non etiam matrimonium.

Leptra superveniens dat causam irritandi sponsalia, *c. fin. hoc tit.* Ratio consistit in metu infectionis, qui merito facit invitum. Idem non operatur lepra præcedens, si fuerit præcognita, quod sibi imputare debeat, qui cum infecto contraxerit. Aliter se res habet, si ignoraverit, *arg. cap. Quæmadmodum sup. De jur. jur.*

Matrimonium per lepram supervenientem ² minimè dissolvitur, etiam non consummatum, *cap. 1. hoc tit.* nequidem quoad thorum, *cap. 2. hoc tit.* Quod tamen temperandum videtur nisi subsit probabile periculum infectionis, cum nemo se obliget ad matrimonii contractum, nisi salva vitæ incolumitate, & ita temperandum, secundum plerisque, *d. c. 2.* Neque enim Deus est tentandus, *can. Si nulla xxxiii. q. 7.* Licet autem eo casu liberetur à debiti redditione, non tamen ab aliis servitiis, quæ sine periculo vitæ præstari possunt. Vide Barbosa *ad Rub. D. Solutio matrim. p. 2. n. 28. & 29.* Idem sentiendum de morbo Gallico, aut simili, quo alter laboret, ex rationis paritate. Navarr. in *Summa c. 21. num. 27. casu. 8.*

TITULUS IX.

De Conjugio servorum.

SUMMARIUM.

1. Impedimentum dirimens ponit errorem personam.
2. Vel circa personam conditionem.
3. Nisi quis scienter cum serva contrahat.
4. Jure Canonico tenet matrimonium irritum.
5. Partus sequitur conditionem contractus.
6. Error circa personam cum assensu concubinans dirimit matrimonium.
7. Idque jure naturæ.
8. Error circa alias qualitates non dirimit.
9. Quod tamen limitationem recipit.
10. Dolus interveniens an irritum ponat matrimonium?

Impedimentum dirimens ponit errorem contingit vel circa personam, ut si quis putat se ducere sejam, quæ est primogenitam, & obtruditur ei secunda, & impedit matrimonii contractum propter defectum consensus in personam, non possit dici consensisse in personam, si animo non concepit, *arg. l. In venditione. §. si quis. ff. de contrah. empt.* Quod tamen est, ut ne quidem S. Pont. efficere potest tali errore matrimonium initum, non potest supplere consensum. Vel circa personam conditionem, ut quando quis contrahere cum persona libera, quæ est qualem contractum, post leges civiles. *De nupt. 22. §. si verò ab initio.* Et hoc irritum, propter errorem circa personam qui gravior est, & omnem consensum dirimit, *cap. 2. & fin. h. t.* Dico Becelethiam non jure naturæ non irritari, cum simpliciter solute non impediat liberum matrimonium, sed tantum certis temporibus, & contractus hic sit simpliciter voluntarius, cum contrahatur in hanc personam. Licet irritum sit adjunctum ratione qualitates, non facit involuntarium simpliciter, ut patet.

Scienter cum serva contrahens, habet

sibi imputet & frustra ad dissolutionem provocat: uti & ille, qui servam quam ignorans duxit, re cognita cognovit, videtur enim eo facto in eam consensisse. Servitus perpetua sit, an temporalis, nihil refert, cum satis sit pro eo tempore servam esse, etiamsi promissa sit libertas, aut debita: quo modo statuliber inter servos refertur, l. Statuliberum 9. D. De statulib. & statulibera servum parit, l. Statulibera 10. D. eod. Si uterque fuerit servilis conditionis, frustra ignorantia objicitur, cum nulla subfit lætio, ubi utriusque par conditio. Quod multo magis dicendum, si aliquis cum serva se putet contrahere, quæ tamen est libera, cum conditio ejus sit melior, ut non possit hac in parte videri invitus. Propter accidentem alteri conjugum servitatem nequaquam nostris moribus solvitur matrimonium semel nite contractum, ut dicitur inf. De divort.

4 Est autem jure Canonico inter servos matrimonium, uti & inter liberum & servam; neque enim hi privandi sunt hoc Sacramento, nec dando iis ansa fornicationis, cum non minus peccent fornicando, quam liberi: adeo ut etiam invito domino contrahant, c. 1. h. t. Non liberantur tamen per hoc à servituti domino debitæ, quæ consuetæ non subtrahent prætextu matrimonii, domino omnia jura salva maneat, & adeo ut non impediatur servum distrahere. Non ita tamen eum occupabit, ut non possit convenienti tempore matrimonio vacare, & reddere uxori debitum; nam cum habeat jus ad matrimonium, per Canones, habet & jus ad ejus usum. Quæ procedunt, etiamsi dominus matrimonio consenserit, quia non videtur sibi sive que juribus præjudicare, consentiendo conjunctioni, quam impedire nequit. Nisi tamen ipse servum aut servam tamquam liberam tradiderit, aut sciens alterum alterius conditionis esse ignarum, studio taceat, tunc enim sibi præjudicat d. Nov. 22. §. si vero ab initio & §. nam si tradiderit, ubi dicitur ancilla ita à domino tradita fieri libera & ingenua. Ut tale matrimonium subsistat, cum non sit conditionis imparitas, & alter hoc ipso liber fiat.

5 Quantum ad partum attinet, ille sequitur ventris conditionem, & natus ex ventre servo subicitur ei, qui ventris dominus est. l. Par-

sum C. De rei vindic. Nisi consuetudo loci habeat, ut inspiciatur qualitas patris, cap. 3. hoc t.

Error itaque cum circa statum, tum circa personam impedit matrimonium contrahi; si ve sit antecedens, qui causam ad sui præbet, atque ita efficit involuntarium: nihil enim volitum quin præcogitum; si ve concomitans, qui non inducit quidem ad volendum, sed ita concomitatur, ut sine eo actus fieret: veluti si contrahens cum Maria existimet esse Catharinam, ita adfectus, ut, si scivisset esse Mariam, cum ea neutiquam renuisset contrahere. Quo casu licet error non faciat simpliciter involuntarium, facit tamen non esse voluntarium, cum, licet non de sit voluntas ducendi talem, si nosset, non tamen duxerit; nam cum ignoravit eam esse, non potest videri in eamdem consensisse, quia ut dixi, nihil volitum, nisi præcogitum. Sanchez. 7. Disp. 18. num. 4. & 5.

Ubi quaeritur, An jure naturæ error circa personam dirimat? *Glof. can. unic. in princ. xxix. q. 1. velle solo jure Ecclesiastico. Sed rectius id juri naturæ quis adscripserit, eo quod error libertatem & consensum auferat, l. Si per errorem D. de jurisd. sine quo stare matrimonium nequit. Ut neque ullus contractus sine eo valet, cum ratio non patiat, ut aliquis obligetur invitus. Unde consequitur, Pontificem efficere non posse, ut tali errore initum matrimonium teneat, defectu consensus. Plura Sanchez d. Disp. 18. num. 11.*

Error circa alias qualitates, uti divitias, nobilitatem, virginitatem, non facit dirimi matrimonium, cum non inducat involuntarium. Nam licet error sit causa involuntarii, non tamen quilibet efficit simpliciter involuntarium, sed is solus, qui est circa qualitatem, per se & ex natura rei requisitam ad ipsius contractus essentiam, non etiam ille, qui est circa accidens: qui circa illud quidem constituit involuntarium, non etiam circa substantiam ejusque finem, ut proinde matrimonium teneat, d. can. un. §. ad hæc xxix. q. 1. * Quod primo limitandum, nisi qualitas, in qua erratur apponatur per modum conditionis in ipso contractu, ut si dives est, virgo, nobilis; quia conditionis istius falsitas faceret deficere consensum in matrimonium, & ex consequenti & ipsum matrimonium. Secundò, nisi error qua-

litatis redundet in errorem personæ; veluti si formaliter & directe feratur in personam, cui inest talis qualitas, ut in filium Regis, materialiter vero & indirecte in personam presentem; tunc enim ponitur error personæ matrimonium irritans.

- 10 Q. Utrum dolus interveniens constituat nullitatem? R. Dolum ab errore in hoc solum differre, quod dolus ponat actionem seu deceptionem injuriosam; per quam proximus in errorem inducitur: error autem abstrahat ab injuria vel deceptione alterius cum fieri possit ex naturalibus causis, aut contingentibus casibus, ut idem fieri sit effectus. Distinguendum autem inter sponsalia & matrimonium: nam sponsalia non alias irrita ponit dolus, quam si causam eis dederit, non etiam si tantum incidit, secundum l. Et eleganter 7. in pr. D. de dolo, & quæ ibidem traduntur; Propterea quod dolus contractibus bonæ fidei [ad quos spectant sponsalia] causam dans eos irritat, incidens non item. Ratio differentia est, quod illo casu causlet involuntarium, cum dolus per alterum adhibitus fecerit alterum adfuisse, qui sine eo non consensisset; hoc vero non faciat deficere consensum, cum alter, si prescivisset, non fuisset tamen impeditus à contrahendo, Sanchez 1. Disp. 64. num. 3. Ad matrimonium quod attinet indistincte illud non annullatur, nisi dolus ponat errorem circa personam, aut statum personæ. Probatur per c. Cum in Apostolico 18. sup. De sponsal. & matrim. quod non irritat matrimonium, ad quod inducendum alter per mendacium & subreptionem est inductus. Facit eodem can. fin. xx. q. 3. ubi illecti per dolum tenet professio: & text. in c. Ex parte 14. sup. De convers. conjug. ubi falsa causa non facit non tenere professionem. Ut idem de matrimonio sit judicandum. Ratio differentia inter sponsalia & matrimonium est, quod voluntas contrahendi matrimonium versetur circa statum perpetuum, feraturque absolute in objectum illud, siue dependet ab ulla conditione: ut effectus objecto conformis cum firmum & indissolubile ponit, quem dissolvi minus consentaneum rationi. Sponsalia vero non ponunt actum perfectum, undè ab his variis ex causis receditur, de quibus sup. Tit. 1. Nihil facit, quod dictum supra me-

tu in itum matrimonium irritari; non ideo, quia ille aufert consensum & causam voluntarium, si cadat inconstanter una secundum dicta sup. De his que in spe. Tit. vero nisi sit circa substantialia non tollit tatem ad matrimonium requisitam, sed tantus absolutam ponit voluntatem eligendum ejusmodi perpetuum, etiam si circumstantiis quibusdam, quæ substantiam consensum non auferunt. Vide Covarr. 2. c. 3. §. 7. num. 7. Sanchez 10. Disp. 9. ma-

TITVLVS X.

De natis ex libero ventre.

SUMMARIUM.

1. An quis liber sit vel servus, ex conceptu genitum.
2. Venter semper certus, nisi alia habeat consuetudo.
3. Calamitas matris non nocet patri.

Quia dictum, errorem circa conditionem servilem vitare nuptias, rectè intelligitur, qui servus sit, quis liber. * Et hoc intelligendum dicitur ex ventre, qui si liber liber erit & natus, alias servus futurus, cum ex regula generali partus sequatur matrem, * qui est, siue pater sit servus, si ber; nisi aliud habeat consuetudo loci, sicut. prox. Libertas si veniat adfuit uno temporibus, scilicet vel conceptionis, vel civitatis, vel intermedio proderit patri De ingen. * Calamitas matris super ventrem non obest foetui, nisi talis, quæ & in partum tangat, ut si mater prægnavit in pello capiatur.

TITVLVS XI.

De Cognatione spirituali.

SUMMARIUM.

1. Cognatio spiritualis quid, et quæ originem habeat.
2. Ea olim triplex, Paternitatis, et Fraternitatis.

3. Restricta per Trid. ad certas personas.
4. Jus vetus in quibus sublatum.
5. Patrinus seu suscipiens qualis adhiberi debeat.
6. Patrinus pluribus designatis, unum, vel unum & unam seliget Parochus.
7. Quid si omnes admiserit?
8. Religiosi suscipientes an contrahant hanc cognationem?
9. Pater in necessitate baptizans filium an eam contrahat respectu uxoris aut concubinae?
10. An contrahatur per procuratorem?
11. Patrinus verba an sint necessaria?
12. An contrahatur ex iteratione solemni baptismi prius im valide collati?
13. Cognatio quadam olim oriebatur ex instructione Catholici.
14. An hic modus per Trid. sublatus?
15. Cognatio an contrahatur per dationem alterius Sacramenti?

DE impedimento, quod oritur ex cognatione & adfinitate, sequentibus aliquot Tit. subiungitur, quod est impediens & dirimens simul. Cognatio triplex est, Spiritualis, Legalis, & Carnalis, quae dicitur Consanguinitas.

Spiritualis est Ecclesiae inventum, ex ejus arbitrio dependens. Covarr. hic p. 2. c. 6. §. 4. num. 1. Sanchez 7. Dis. 54. num. 2. quo jure etiam ponit iterum subsequens matrimonium. Sanchez d. loco num. 3. Fit tamen & ejus mentio in jure civili, l. Si quis alium 26. Cod. De nupt. Estque attentata inter personas aliquas orta, ratione Baptismi, per quem quasi renascimur; vel Confirmationis, per quam perfectiores Christiani reddimur. Ratio impediendi est in reverentia, quam recipiens ab aliquo esse spirituale eidem debet, uti & suscipientibus, tamquam parentibus & fidejussoribus apud Deum, can. Vos ante omnia 105. De consecr. Dis. 4. Ut recte dicat Justinianus in d. l. 20. in fine, nihil aliud sic inducere posse paternam adfectionem & justam nuptiarum prohibitionem, quam nexum hujusmodi, per quem, Deo mediante, copulantur animae. Deinde contrahitur per hoc Sacramentum a liquo amicitiae vinculum, quod sufficit ad prohibitionem istam, ut cum extraneis in

matrimonio dilatetur amicitia ad instar cognationis carnalis.

Triplex hinc olim oriebatur cognatio; Paternitatis scilicet, inter baptizatum & baptizantem, patrinum baptizati & baptizatum; Com-paternitatis, inter baptizantem, baptizati parentes, suscipientes, eorumque conjuges; Fraternitatis, inter baptizatum & liberos baptizantis & suscipientium, c. Veniens & c. fin. h. t. c. 1. eod. in d. can. 1. 2. 3. & alii xxx. q. 1. Idem juris est in Confirmatione, d. e. 1. in fine, quatenus tamen tenens confirmandum est confirmatus, can. In baptismo 101. De consec. Dis. 4. quod robore, quod requiritur ad sustentandam alterius infirmitatem, careat non confirmatus.

Verum novissimè per Conc. Trid. Sess. 24. cap. 2. De reform. matr. est restricta haec cognatio ad certas personas, idque quia propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis contingebat contrahi matrimonia. Ut hodie non nascatur illa cognatio nisi inter baptizatum, ejusque patrem & matrem, ex una parte, & baptizantem ac suscipientes, ad summum unum & unam, ex altera, quorum nomina libro per Parochum inscribantur.

Hinc apparet jus vetus sublatum esse in aliquibus; Primò, in eo, quod patrinorum live suscipientium conjuges hodie non adficiantur hac cognatione, quos olim adfectos fuisse patet ex c. 4. h. t. Secundò ipsos suscipientes nullam cognationem inter se contrahere, cum de iis non loquatur Conc. sed tantum de cognatione contracta cum baptizato, ejusque parentibus. Navarr. in Manuali c. 22. n. 39. atque ita sublata decisio d. c. fin. Tertio, inter baptizatum & liberos baptizantis & suscipientis hodie non esse ullum impedimentum, quod olim fuisse patet ex c. 3. h. t. Ut liberi tales non impediuntur hodie jungi, nec etiam ab uno conjuge contracta cognatio tangat alium, quo minus jungatur baptizato, aut ejus parenti; imò duo conjuges videantur posse eundem simul suscipere: quod olim quidem non videtur permillum, can. fin. xxx. q. 4. hodie tamen licere docet Navarr. d. loco.

Suscipiens aut patrinus ut hanc cognationem contrahat, oportet usum habeat rationis, propter obligationem, cui nemo se obstringit nisi intellegens. Minor an major sit bapti-

baptizato non refert, cum tantum agatur de quadam regeneratione in Christo, in qua non spectatur aetas. Sanchez 7. *Disp.* 61. Sit tamen fidelis; nam infidelis non est capax hujus cognationis, cum vitam spirituales per baptismum non habeat, & hæc cognatio sit inducitur ab Ecclesia, cui non subest infidelis Joan. Andr. in c. 1. h. t. in 6. & alii quos citat Sanchez 7. *Disp.* 60. nu. 7. Contra se res habet in heretico, propter baptismi communionem. Navarr. d. loco nu. 36. Idem juris est in tenente in confirmatione, Sanchez d. *Disp.* 60. nu. 20.

6 Præterea fit à parentibus baptizati vel Parocho designatus; dicit enim Trid. d. c. 2. neminem præter designatum hanc cognationem contrahere. Quod si plures designati sint à parentibus, uti alibi moris est, unum ex ijs, vel ad summum unum & unam seliget Parochus, qui soli hanc cognationem contrahent, idque ad evitandam prohibitionum multitudine, ex mente Trid. d. c. 2.

7 Queritur autem hic Primò, Quid juris, si non selegerit Parochus, sed omnes admiserit? R. Probabile esse, omnes si tangant contrahere hanc cognationem. Nam licet Trid. prohibeat plurium admissionem, non tamen irritat contra factum, & ex omnium sententia actus contra legis prohibitionem non ideo est irritus, si non addatur in lege decretum irritans. Vide Sanchez 7. *Disp.* 57. num. 11. & seqq.

8 Q. II. An Religiosi suscipientes hanc cognationem contrahant? R. Eos quidem prohiberi suscipere de sacro fonte, aut commatres habere, *can. Non licet Abbati* 103. cum seq. *De consecr. Dist.* 4. ne hac occasione ad secularia trahantur, *can. Per venit* 20. xviii. q. 2. actum tamen illorum nullibi irritari, atque ita & illos hac cognatione adfici. Si in Episcopos eligantur, ut a jugo monasticæ regulæ absolvantur, *can. 1. xvi. q. 1.* ita & non tenet eos prohibitio suscipiendi à sacro fonte, *Gl. in d. can. 1.* Sanchez 7. *Disp.* 60. in fine.

9 Q. III. An pater baptizans filium legitimum in necessitate eam contrahat respectu uxoris? R. ideo matrimonium ne quidem quoad thorum solvi, debitum licitè reddi, exigique, cum per actum bonum & necessarium non debeat præjudicari matrimonio

stanti, *cap. 2. h. t. can. Ad limina* xxx. q. 1. Item erit, si per ignorantiam hoc contrahatur. Per malitiam baptizans propriam prolem liberat se à debiti redditione, ne sua hæc profit, alteri obicit; exactione tamen deum vult esse privatum Abbas d. c. 1. in fine *Gl. in can. Nosse* xxx. q. 1. Et facit textum in *De eo*, xxx. q. 1. ubi hujusmodi reus solutum conjugium sine spe conjugii contrahitur. Videtur tamen obitare, quod hæc hacce nihil sit dispositum, & quod ea sit ad pœnam, quæ non est inferenda sine *Gl. in d. c. 2.* Externæ mulieris autem cognationem filium baptizans, aut de sacro fonte faciens, quod ei sit factus cognatus legitime cum ea matrimonium non contrahat, *in 6.* secundum regulam communem, hæc in parte non invenitur pati exceptionem. Nihil facit textus in *d. can. Ad limina*, qui quirit quoad usum matrimonii patris & filii: ne scilicet per illum actum præteritioni debiti, ut non æquè procedatur in matrimonio contrahendo. Nam parvam gem hoc jure esset in pœnam delicti baptizando prolem alterius conjugis. *in 6.* iniquum pœnam incurrit propter violationem præcepti. Impedire autem matrimonium subsequens contrahendum debet rationem pœnæ vel gravaminis, & continet ad quoddam conjunctionis quam statuit Ecclesia inter tales personas, que ita ille textus non est trahendus ad filium suum ad baptizantem filium alterius conjugis, sive concubinæ sive extraneæ in necessitate, cum exceptio sumet in non exceptis. Facit & quod factum dicitur quid fieri, quam factum irritum dicitur *chez 7. Disp.* 62. num. 10.

Q. IV. An hæc cognatio contrahatur procuratorem? R. Esse, qui procurator hæc adfici velit, non mandantem, quod ille, non hic tangat baptizantem, quo ponitur contra cetera hujus cognationis, Navarr. *Conf.* 6. h. 1. Et facit quod dicitur, quibus utimur hæc in re, sine pœna, ut non suppleantur per alium, Verum procurator non habeat animum suscipiendi suo nomine, & res sit facti, quam pater faciens ipse facere videtur, pollet videtur

dans potius contrahere hanc cognationem, quam procurator. Quò facit, quod olim & ipsius suscipiens uxorem hanc cognatio adfectus, *et Martinus 4. h. 1. & ita dicitur* resoluisset Congregatio Card. Quorum resolutione remota, postest sustineri, ex communi opinione, nec procuratorem, quia non vult, neque est verus suscipiens alienas vices gerens, nec mandantem contrahere hanc cognationem, quia non potest, cum requisita ei non conveniant. Postest tamen consuetudine induci, ut per procuratorem aut auctorem contraheretur, cum quod potest inducere lex, possit & consuetudo legitime præscripta, quæ habet vim legis, Sanchez 7. *Disp.* 58. Pontius *lib. 7. c. 39. nu. 10.*

11 Q. V. An sint necessaria verba patris? R. Non videri, cum sola susceptio sit de substantia, cetera ad solemnitatem quandam spectent, Covarr. *lib. 2. c. 6. §. 4. nu. 7.* Sanchez *Disp.* 56. *nu. 9.* Ut autem baptizandum tangat patris tempore baptismi est necessarium, etiamsi is fuerit adultus: nam cæremonia sustentationis non est ab Ecclesia inducta ad sustentandam corporis infirmitatem, sed ad signandam animæ infantiam & imbecilitatem, Sanchez *d. loco nu. 5.*

12 Q. VI. Quid si baptizato domi postea in Ecclesia adhibeantur solemnia, aut etiam iteretur solemniter baptismus, eique quis adflet tanquam patris? R. Aliquibus videri tunc quoque contrahi hanc cognationem, *arg. c. 1. De sponsal. in 6.* Ubi eo actu licet invito oritur tamen impedimentum publicæ honestatis. Verum dicendum est, non orti ex ista solemnitate adhibita aut etiam solemnitate iteratione baptismi nullam cognationem, cum verè non conferatur baptismus, nec ulla subsit regeneratio, quæ est causa hujus cognationis, ut ea cessante cesset & ejus effectus, per regulam. Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, *cap. Non præstat De R. I. in 6.* Nihil obstat argumentum sumptum ex *d. c. 1.* quia hoc ita speciali jure expressum, ut non sit extendendum. Vid. Sanchez 7. *Disp.* 62. *nu. 4. & 5.*

13 Oriebatur & olim quædam cognatio ex Catechismi, qui baptismi præmitti solet, instructione, quam contrahebat gerens perso-

nam infantis, pro quo respondebat; non inducebat tamen nisi impediens impedimentum, *c. 2. h. 1. in 6.*

Ubi quæritur, An modus iste non sit sublatus per Conc. Trid. ? R. Ita recte videri, eo quòd Trid. *d. c. 2.* videatur generaliter statueret, inter quas personas hanc cognatio spiritualis oriatur & impediatur, nullâ factâ mentione ejus, quæ ex Catechismo oritur. Et facit conclusio *d. c. 2.* inter nullos alios, quàm ibi numeratos, poni spiritualem cognationem: quæ sententia videtur esse communis. Si qui tamen putent non esse sublatus impedimentum; coguntur fateri, saltem esse restrictum. Vid. Sanchez 7. *Disp.* 10. *num. 10 & seqq.*

Postremò quæritur, An contrahatur cognatio per dationem alterius Sacramenti? R. Expressè id negari *c. fin. eod. in 6.* Quod habet, ex aliorum Sacramentorum datione nequaquam orti cognationem, quæ matrimonium impediatur vel dissolvat. Et facit ratio, quod per aliorum Sacramentorum collationem non regeneremur: ut non possit quis videri recipere esse spirituale, quæ est ratio cognationis. Contra tamen habere text. in *can. Omnes 8. xxx. q. 1.* in penitentia, quæ est Sacramentum, susceptos ita haberi loco filiorum, ut in baptisate: *can. Si quis Sacerdos d. q. 1.* Cum filia tali fornicantem grave adulterium committere, & penitere debere, eo modo, quo de filia spirituali, quæ loco videntur satis contrariari *d. c. final.* Dicendum, per penitentiam dici non posse poni cognationem, cum per eam non recipiatur esse aliquod spirituale. Quo modo tradit Glos. in *d. can. Omnes*, filium posse eam ducere in uxorem, quam pater recepit ad penitentiam; quod non foret, si induceret cognationem, *can. 1. 2. 3. & alii xxx. q. 3.* Ecclesiam tamen specialiter prohibuisse matrimonium inter tales personas, in reverentiam Sacramenti, quam deceptus ad penitentiam recipienti. Ut ratione prohibitionis peccent graviter se conjungentes, eaque species sit in confessione aperienda, quod vel mutet speciem, vel saltem graviter adgravet. Sanchez 7. *Disp.* 55.

TITULUS XII.

De Cognatione legali.

SUMMARIUM.

1. Cognatio legalis quid, & unde oritur.
2. An & ex adoptione?
3. Impedimentum hoc dirimit nuptias inter filiam adrogatam & patrem.
4. Non etiam inter liberos ex filia & patrem adrogantem.
5. Dirimit & inter filium adoptivum & filiam naturalem adrogantis.
6. Duo legitimi ab eodem adrogati an ligentur hac cognatione?

1 **C**ognatio legalis est attentiva quædã proveniens ex adoptione, quæ facit in locum filii transire adoptatum, quoad effectus juris. Habet autem ista cognatio locum in adrogatione, cui tantum est is effectus hodie, ut patet *Instit. de adopt.*

2 **Q.** An & in adoptione? **R.** Rectè dici, non oriri nisi ex adrogatione, quod ejus fundamentum ponatur in patria potestate, quæ secundum jura posteriora non acquiritur nisi per adrogationem; quæ sola cum ponat fundamentum cognationis, ponet etiam sola causam impedimenti. Si tamen adoptio fiat à patre naturali, etiam hodie ponet hanc cognationem, & ex ea impedimentum, cum subjiciat potestati adoptantis adoptatum, *Instit. d. cit. ut posita causâ*, etiam sit ponendus effectus.

3 **E**st autem hoc impedimentum non tantum impediens, verum & dirimens nuptias inter filiam adrogatam & patrem, etiam solutâ adrogatione, propter reverentiam, quæ per potestatem semel contracta perdurat, *l. Adoptivus 14. & l. Quin etiam 55. D. de ritu nupt.* Inter liberos ex filia & patrem adrogantem nullum est impedimentum, cum cesset potestas impediendi causâ; neque enim nati ex filia sequuntur familiam matris, sed patris. Aliud est in natis ex filio, quia sequuntur familiam patris.

4 **E**st & impedimentum inter filium adoptivum & filiam naturalem adrogantis, & vice

versâ & quidem dirimens, ut patet *l. ubi dicitur confiteri non possit inter nuptias, durante potestate*: quæ soluta filia five emancipetur filia naturalis, five adoptivus, quia non tam reverentia inter eos impeditur, quàm sola potestas, quæ causa sublata, dici debet sublata & impedimentum, *Gl. in d. c. 1. Sic & adrogatio emancipationem non impeditur inter adrogantis, et vice amitam, matrem, sororem, neptem ex filio, quod jam tenet extraneus, d. l. 55. in fine.* Honestius tenentur abstinere ab hujusmodi nuptiis, quæ quamdam reverentiam & adhibitionem legali cognatione contractam.

Queritur de duobus legitimis ab eodem adrogatis, an ligentur hac cognatione, videri probabile, per *d. c. 11. h. tit. loquens.* Et factum, quod in his ponatur, scilicet potestas, ut debeat sublevari. Et ita tenet Angel. §. *inter eas Inst. de Contrariis* tamen receptum, ex eo, quod fiat mentio hujus impedimenti in d. c. sed tantum in casu, quo alter est naturalis legitimus: quæ de causâ non loquitur hanc cognitionem, ut odiosam, sine textu extraneo esse. Sanchez 7, *Disp. 63. nu. 28.*

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit conjugum
an uxoris suæ vel sponsæ.

SUMMARIUM.

1. Adfinitas qualiter contrahatur.
2. Per copulam elicitam contrahitur impedimentum impediens & dirimens.
3. Dirimit præcæsentia sponsalia de futuro.
4. An tenentur petere dispensationem, si contra acta adfinitas?
5. Non dicitur imitari sponsalia de presenti.
6. Poena contrahentis hoc impedimentum.
7. Impedimentum hoc ponitur sive vir sive mulier peccet, & vivo mortuoque conjugum.
8. Ad quem gradum extendatur.
9. An oriatur ex incestu cum propria conjugum?
10. Incestus cum duobus conjugum.

impedimentum perpetui matrimonio contrahenda.

11. Incestus occultus sit an notorius non ref. re.
12. Incestus enormis esse debet, ut in primo gradu.
13. An incestus cum cognata legali vel spirituali ponat hoc impedimentum?
14. An cum ad sine sponsi vel sponsae?

1. S Ubiungitur hic de impedimento, quod ponit adhiitas, quae per copulam contrahitur, non tantum licitam, de qua Tit. seq. verum & illicitam, de qua hic; etiam occultam, imo & per cam, quae illata renitenti. *cap. 6. hoc Tit.*

2. Oritur hinc impedimentum non tantum impediens, sed & dirimens, si praecedat ipsum matrimonium, c. Tertio loco 13. sup. De praesumpt. Quod procedet etiam copula habita cum impubere, c. 7. b. t. Ratio est in eo, quod fuerit unacaro.

3. Dirimit & praecedentia sponsalia de futuro, quod necdum habent esse perfectum, c. 2. b. t. & res jam sit facta quasi impossibilis, licet culpa alterius.

4. Ubi quaeritur, An teneatur eo casu petere dispensationem is, cuius factio posita ad finitatem? R. Non teneri quidem eum, qui non peccavit, admittere dispensationem etiam impetratam, cum sit liber a fide data, secundum dicta sup. Tit. 1. Videri autem aliquibus eum, qui causam dedit, teneri eam petere, si eodem modo haberi possit. Probabilius tamen esse contrarium, quod res sit quasi impossibilis, licet sine culpa, atque ita liberetur ab eius praestatione. Nam promissionis obligatio intelligitur, rebus sic stantibus, & in eodem statu manentibus, c. Quemadmodum sup. De iur. iur. Nisi tamen deflorata sit mulier, aut gravem famae patiatu racturam. Vid. Sanchez 1. Disp. 56. nu. 4.

5. Sponsalia de praesenti neququam dirimit, c. Discretionem 6. c. Tria fraternitatis 10. b. t. quod habuerint semel perfectum suum esse, quod dirimi nequit nisi certis modis, de quibus sup. De convers. conjug. nu. 17. & iterato agitur inf. De divor. inter quos non est ad finitatem superveniens. Et hoc, licet non sint consummata per copulam, cum non copula, sed consensus nuptias ponat.

6. Punitur tamen hoc casu peccans, Primò,

quod perdat jus exigendi debitum, quod tamen conjugii petenti reddere teneretur, d. c. 6. c. 10. ne innocens privetur iure suo absque culpa, d. c. 6. in fine c. c. fin. b. t. Secundò, quod post mortem alterius impediatur novas nuptias iniire, c. 1. 2. c. 4. b. t. c. Litteris 12. in fine sup. De praesumpt. Quae poena etiam procedit in casu quo quis sponsae tantum consanguineam cognovit, d. c. 2. Et hoc, quatenus scita fuit cognatio, d. c. 1. c. can. Si quis cum matre xxxv. q. 2. c. 3. Nam ignorantia ut excusationem à culpa incestus ponit, ita & a poena. Est autem impediens tantum isto in casu prohibitio, ut contractum matrimonium, ea non obstante validum sit, c. 4. b. t. pro conditione istius impedimenti, ut dicitur latius inf. Tit. 16.

Habet hoc impedimentum locum si ve vir peccet, si ve mulier, can. Quadam xxxxi. q. 7. ex rationis paritate, si ve vivo conjugee, si ve mortuo cum ejus consanguinea habeatur copula, d. c. 4. Possit tamen hoc dubium videri, ex eo, quod in d. c. 4. agatur de copula habita cum privigna, quae res singularem habet fecunditatem, ut ejus nomine singulariter hoc possit videri statutum. Dicendum tamen, generaliter ei locus esse, cum text. in d. c. 4. maxime se fundent in incestu; qui etiam contingit post dissolutas nuptias, cum veneratio ad finitatis per nuptias semel contracta etiam post eas duret, donec alter vixerit, Gl. in §. Socrum vers. quod ep. ipsum in tit. De nupt. can. 1. vers. Porro xxxv. q. 10. c. 2. §. ad finitatem III. q. 7. Ratio hujus impedimenti est, quod talis incestus habeat ex propria ratione impedire executionem debiti à conjugee; quod per eam conjugee sint facti ad finem, & quod in cestuo sus non sit veritus, faciendo conjugem sibi ad finem, impedire plenum conjugii usum. Unde est, quod puniatur in ipso matrimonio, contra quod deliquit, & fiat inhabilis ad illud contrahendum.

Oriebarur autem olim hoc impedimentum ex copula cum consanguinea alterius usque ad quartum gradum, ut patet ex d. c. 6. ubi fit mentio copulae cum consanguineo conjugis, non distinguendo gradum qui proinde accipiendus secundum c. Non debet inf. Tit. seq. ubi ex causa ad finitatis indistincte usque ad quartum gradum ponitur impedimentum. Verum

Ggg 2 hodie

hodie non excedit prohibitio ex illicita copula secundum gradum. per Trid. Sess. 24. de reform. matrim. c. 4. ut cognoscens consanguineam conjugis ultra secundum gradum non teneatur pœnis supradictis, nec sponsalia per huiusmodi copulam hoc ipso dissolvantur, matrimoniumque initum etiam cum eadem ab eo, qui peccavit, teneat, nec cum alia contrahi impediantur. Unde rectè sentiunt, qui volunt ex copula habita cum consanguinea conjugis ultra gradum secundum non oriri adfinitatem, nec committi incestum. V. Sanchez 7. Disp. 55. n. 3. & Disp. 67. n. 7. & 8.

9 Quæstio autem est, An impedimentum non nubendi resultet ex copula cum propria consanguinea? R. Hoc pluribus videri, ductis argumentis ab incestu cum consanguinea uxoris, quilevior est; ut idem debeat obtrahere in eo, qui gravior est. Adducunt in eam rem *can. Si quis viduam xxxii q. 7.* ubi cognoscenti consanguineam suam denegatur matrimonium: item *can. fin. xxxv. q. 8.* qui vult manere talem incestuosum sine spe conjugii: & *can. Si duo. xxxv. q. 6.* qui talibus segregatis permittit, si juvenes sint, alia matrimonia inire: *Gl. in can. De incestis xxxv. q. 3.* Navar. in *Summa c. 22. nu. 74. & Cons. 1. h. t.* Quæ opinio ut possit videri probabilis, contraria tamen est probabilior, scilicet in casu prædicto impedimentum non contrahi; cum non debeat illud poni sine textu, qui passim loquuntur de incestu cum adfinitate sive consanguinea conjugis. Nec facit, quod foedior sit copula cum propria consanguinea, quam conjugis; quia non tam est inductum illud impedimentum propter criminis gravitatem, quam propter injuriam, quæ fit matrimonio per copulam cum consanguinea uxoris. Ut argumentum à minori ad majus non procedat, cum quod minus est, alia in ratione fundatur. Everard. in *Loco à minori nu. 4.* Nihil facit *d. can. Si quis viduam*, quia tantum prohibet conjugium inter incestuosos, non etiam alios citra incestum, ut patet ex textu, & expressius ex *d. can. De incestis in fine*, qui habet, iis quidem illicitam conjunctionem interdici, libertatem tamen habere melioris conjugii inveniendi. Nihil etiam facit *d. can. fin.* nam ideo ibi pœnitentia pro tempore vitæ injungitur, si-

mulque prohibetur matrimonium, in mentione contempta nihilominus in rebus incestuosâ persistit, ut propter gravitatem istam pœnam. Quo modo videtur in eodem textu. *Qui propinquas xxxii q. 7.* Non obstat *d. can. Si duo*; quia non pœnitentia ideo matrimonium, quod sit iustum, sed solum causam adsignat, cur non possit dari à matrimonio, si velint. Ita Covarr. *c. 6. in princ. nu. 4.* allegans D. Th. *in 2. dist. 34. qu. 1. ad 1.* Sanchez 7. Disp. 55. n. 3. & 16.

Quid de eo judicandum, qui cognoscit consanguineas fornicarie? R. Inducendum non tantum dirimes cum aliis earum in eundem, quia utriusque est deus, *z. b. 1.* sed etiam impediens cum aliis, ut si & hoc, si scienter habita fuerit copula enormis & nefaria; veluti si cum matre quis fornicetur, aut aliqua patrem & filium mittat, *can. Si quis xxxiv. q. 1.* Est etiam copula digna hac pœna, propter sui enormitatem. Idem statuitur in eo, qui cognoscit sorores, *can. Si quis cum duobus xxxv. q. 1.* quæ duos fratres admisit, ex eadem turpitudinis, *can. Si homo xxxv. q. 1.* qui denegatur talibus conjugii contractum ad mortem. Non obstat *text. in can. xxxiv. q. 1.* qui post pœnitentiam contractum matrimonii contractum; quia ibi agitur de raute, ut facile colligere est ex ipso textu, enim ignorantia esse minorem culpam, ita etiam iniqui pœnam. Uti & violentiam non obtrahere pœnam in ea, quæ violentiam passa, *c. 6. b. 1.*

Occultus sit incestus, an notorius sit, quia cum occulte plerumque committitur, raris esset locus huic impedimento, de satis erit, sit commissus scienter, & locus sit. Quod facit, quod text. in *d. c. 4.* non distinguit, sed tantum supponit esse commissum. Nihil obstat *c. 3. d. c. 1.* ubi dicitur matrimonium impedi non nisi publicus & notorius fuerit incestus, quia tantum agitur de cuius adfinitate non est credendum, nisi notorium committatur. Sanchez *d. Disp. 55. n. 7.* Gutierrez. *Can. pœnitentia 1. c. 13. n. 8.*

Videretur autem in proposito impedimentum

tum istud obtinere, quando est enormis incestus, ut in primo gradu, non etiam in ulceriori, cum textus tantum loquantur de gradu primo propter sui soliditatem. Ut licet cognoscens duas consanguineas in gradu ulteriori neutram earum ducat, non tamen adficiatur impedimento non ducendi aliam, cum nullus textus detur, sine quo poena non statuitur.

13. Queri posset, An oriatur hoc impedimentum ex incestu cum cognata legali aut spirituali? Non videtur, cum necis proprie sit incestus, nec textus reperitur inducens impedimentum. Imò in *can. Si quis cum matre* xxxiiii. q. 2. non permittitur tali uxorem legitimam quam habet, dimittere. Quod videtur accipiendum quoad debitum perendum; ut multò minus impediatur novas inire nuptias, cum non debeat induci impedimenta sine textu. Navarr. *De cognat. spirit. Conf. 8. nu. 8.*

14. Postremò quaeritur, An oriatur hoc impedimentum cum affine sponsi vel sponsae? R. Publicam quidem honestatem violati, ideoque induci aliquid impedimenti, ut patet ex c. 2. h. t. ubi post poenitentiam opus est dispensatione, ut cum alia contrahat. Videtur tamen hoc ibi dici, quia agitur de matre sponsae cognita, qualis copula est foedior: ut, si fuerit cum te mortore habita, impedimentum sit minus, & quidem temporale, scilicet ad tempus, quo complex delicti vivit, c. *Duo pueri 12. in fine sup. De despons. impub.* ex ratione, quod sponsalia ponant matrimonium inchoatum, atque ita impedimentum alto vivo tantum. Impedimentum hoc hodie non excedit primum gradum, ex decreto Conc. Trid. *Sess. 24. cap. 3. De reform. matrim. Covarr. hic p. 2. c. 6. in princ. num. 4. Sanchez d. Disp. 15. num. 5.*

TITULUS XIV.

De Consanguinitate & adfinitate.

SUMMARIUM.

1. Consanguinitas quid.
2. Linea consanguinitatis alia ascendendum, alia descendendum, alia collateralium.
3. Gradus in qualibet linea qualiter computandi.

4. Regula in hac computatione observanda.
5. Matrimonium in linea recta est irritum iure natura.
6. Idque in infinitum.
7. In linea transversa prohibita nuptia ad quartum gradum.
8. Adfinitas quid, & inter quos contrahatur.
9. Adfinitas olim triplex, & qua hinc prohibita.
10. Impedimentum publica honestatis.
11. An hoc impedimentum oriatur ex matrimonio nullo.
12. An ex matrimonio irritum defectu consensu interni?
13. Impedimentum hoc est perpetuum.
14. Nuptias incestas qui contrahant.
15. Qua poena afficiantur iure civili.
16. Nuptia an debeant esse consummata.
17. Iure Canonico sint excommunicati ipso iure.
18. Ignorantia iusta excusat.
19. An excusat ignorantia tam juris quam facti?
20. Scientia alterius alteri ignoranti non nocet, ut & contra ignorantia alterius non prodest scienti.
21. An incurrit hanc censuram contrahens cum ea, quam putat esse consanguineam?
22. Eam non incurrit sponsalia de futuro contrahens.
23. Licet copula consummentur.
24. An neque qui bona fide contraxit, postea cognito impedimento, perseverat uti conjugios?
25. Non incurritur, matrimonio per metum contracto, vel sub conditione.
26. An incurrit scemina contrahens cum Religiosa?
27. An Sacerdos aut testes praesentes?
28. Non etiam incurrit contrahens cum filia spirituali.
29. Poena civiles an habeant locum in gradibus iure Canonico prohibitis.
30. Dispensat S. P. super impedimentis iuris humani.
31. Non etiam iuris divini aut natura.
32. Matrimonia irrita iure natura inter ascendentes & descendentes.
33. An & inter fratres & sorores?
34. An conjunctio patris cum nepote, amica cum nepote?
35. Adfinitas in linea transversa non ponit impedimentum iure natura irritans.
36. An in linea recta?

37 Pont. in primo gradu quoad lineam transversalem rectè dispensat.

38 Episcopo non est dispensandi licentia nisi ob necessitatem.

39. Non dispensat super cognatione spirituali vel legali.

40. Neque super impedimento publica honestatis.

41. Dispensatio non fit supreptitia vel obreptitia.

42. Dispensatio super uno impedimento expresso, altero omisso, an reddatur inutilis?

Subjungitur hoc Tit. de consanguinitate & affinitate contracta per copulam licitam, quæ ponit impedimentum dirimens.

1 Consanguinitas est vinculum quoddam personarum ab eodem stipite descendentium, vel unius ab altera, carnali propagatione contractum. Hinc Consanguinei dicti, quod eodem sanguine sint geniti, vel eundem sanguinem participant: qui strictè accipiuntur pro natis ex eodem patre aut ex fratribus per sexum masculinum originem trahunt, & vocantur adgnati. §. Sunt autem Instit. De legit. agnat. tur. Hic latius sumuntur pro cognatis in genere, ita dictis, quod una communiterve nati, vel ab eodem orti, l. 4. §. 1. D. De gradib. Neque enim hac in materia consideratur differentia inter adgnatos & cognatos, quam etiam jus civile posterius vitiosam duxit in successioneibus, l. fin. C. De liberis præter.

2 Distinguitur consanguinitas per lineas, quæ sunt ordinata collectio personarum ab eodem stipite descendentium, diversos continens gradus Linea est triplex, scilicet ascendendum, id est parentum; descendendum, id est liberorum (quæ duæ directæ lineæ nomine veniunt) & collateralium, id est adgnatorum & cognatorum venientium à latere, ut fratres eorumque liberi, & dicitur transversa, l. 1. in princ. D. de gradib.

3 In singulis est gradus, id est mensura quædam, per quam distantia personarum inter se cognoscitur, in ordine superiori, primo gradu est pater, mater; secundo avus avia, & sic deinceps. In inferiori, primo gradu est filius, filia; secundo nepos, neptis, & deinceps. d. l. 1. §. 3. Et seqq. ubi usque ad gradum sextum tam supra quam infra, nomina propria

adgnationis & cognationis referuntur. Ultra deficiunt nomina specialia, ut ordinem circumscriptio in designatione cognationis.

In ordine transverso primus gradus est, secundum jus civile d. l. 1. §. 1. quod ascendendo numeratio inchoatur, Frater enim & mater sunt secundo gradu, & sic numeratio per patrem, qui cognationis est causa, cum patre primum gradum facit, patrem altero filio secundum; hic cum nepote tertium, & deinceps: ut fratrum filii tertio sint quarto gradu. Quia in re differentibus gradibus Canones: nam illæ singulas personæ numerant utrimque, & tot gradus quot sunt distantia à stipite, numeratio inde personis singulis, ascendendo à persona ad patrem, & ab eo descendendo ad aliam; hi verò in quovis gradu constitutæ duas personas, numerantque gradus in quibusque vel remotiore persona ad communem patrem sive parentem; ut duo fratres primum gradum constituent, nepotes neptemque secundum, pronepotes, proneptemque & sic deinceps, can. Parentela xxxv. q. 1. ubi legales gradus faciant unum canonice. Ad sedem d. qn. 5. Ubi dicitur consistere differentia in ratione nuptiarum, quæ nomine Canones considerant distantiam requirunt autem isti duarum personarum conjunctionem, ut utriusque distantia consideranda. Leges vero inspicuntur in nem successioneis, in qua proxima quæ persona potior est, l. Iuris consulti 10. in princ. D. d. tit. & habetur ratio unius ad alterum can. Ad sedem.

Ut denumeratio graduum commodè intelligatur, norandum generatim, quomodo personam gradum adijcere, ut quilibet gradibus ab aliquo distet, quod generatim ab eo descendit. Sic filius à patre una generatione distat, ab avo duabus, atque à duobus gradibus. Unde regula est, in linea recta tot esse gradus, quot sunt generationes. Instit. de gradib. cognat. in fine: in qua regule jus civile & Canonicum conveniunt. Habere locum regula ista, & in linea transversa Canonice, cum fratres faciant unam generationem à patre & primum gradum, nepotes

secundam generationem & secundum gradum, atque ita deinceps.

Est autem in linea transversa recepta communiter isto jure hæc regula, Tot gradibus inter se distare aliquos, quot distant à stirpe communi, vel distat eorum remotior. Sic fratres à parente communi distant uno gradu, atque ita etiam inter se distant uno tantum gradu, nepotes secundo, pronepotes tertio, & c. que & inter se, & deinceps. Ratio est, quod cum tota & adæquata conjunctionis eorum ratio sit unio cum stirpe, jure optimo computentur gradus secundum distantiam ab eo ipso stirpe, cum nec magis nec minus possint inter se distare, quam distant ab illo. Sanchez 7. Disp. 50. nu. 5.

Jure civili in linea transversa hæc recepta regula. In ea tot esse gradus, quot sunt personarum una deinceps. Ad primum enim gradum duabus personarum opus est, deinde quælibet addita gradum facit, & accedentibus similiter singulis crescit numerus, ut ait Jurisc. in d. l. 10. §. nam quoties.

Quantum ad impedimentum nuptiarum attinet, in linea recta matrimonium irritum est jure naturali, cum carnalis copula, ad quam ordinatur matrimonium, conjunctam habeat quamdam naturalem turpitudinem, repugnantem reverentiæ parentibus debitæ. Quod facit Levit. 18. Turpitudinem patris vel matris non discooperies quia mater tua est. Præterea jure naturali parentibus debetur subiectio: per conjugium autem quoad debitum alteri alteri mutuo subicitur, 1. Ad Corinth. 7. quod juri subjectionis, quo liberi parentibus sunt obstricti non consonat. Potissima tamen ratio dici potest esse in horrore naturali omnium pene gentium, & aliquarum etiam bestiarum circa hujusmodi conjunctionem. Vid. Sanchez 27. Disp. 51. nu. 7.

Ubi dubitatur, An in infinitum ista prohibitio procedat? R. Et communior & probabilior esse sententiam affirmantium; Primum ex eo, quod descendentes omnes etiam remoti respectu ascendentium dicantur filii, & debeant naturaliter reverentiam & subjectionem, cui actus conjugalis multum præjudicaret. Deinde major est conjunctio inter eos, quorum unus ab alio, licet remotè,

descendit, quam inter eos, quorum uterque ab alio descendit, ut frater & soror: & major est obligatio erga eum, à quo quis suum esse accepit, quam erga eum, cum quo simul suum esse accepit ab alio. Impeditur autem conjunctio horum, fratris scilicet & sororis, jure naturæ, uti mox dicetur: ut multò magis illa dicenda impediri, etiam inter remotissimos, ex ratione jam dicta. Ecce text. expressus in jure civili, Inst. De nupt. §. 1. C. l. Nuptia 53. D. de ritu nupt. qui in infinitum nuptias inter ascendentes & descendentes dicit esse prohibitas. Quæ juris civilis decisio cum non sit per illum text. Canonicum, restringentem hæc in materia ad certum gradum prohibitionem istam, mutata, secundum eam est judicandum, arg. e. 1. inf. De novi operis nunt. Non rectè obicitur e. Non debet 1. h. t. quia non accipiendum est linea recta, quæ non fuit controversa, sed de transversa, ut ex textu ipso facile est colligere, qui est correctioris juris veteris, quo inter transversales erant prohibita matrimonia usque ad septimum gradum, can. 1. can. Nullum C. passim xxxv. q. 2. Ut subsequens textus restringens usque ad quartum gradum debet intelligi de transversalibus tantum, non de iis, qui sunt in linea recta. Et hoc confirmat textus in e. fin. h. t. qui expressè habet, inter transversales esse prohibitum matrimonium usque ad quartum gradum inclusive, Quo facit Covarr. hic. p. 2. c. 6. §. 10. nu. 8. tradens divini & humani juris Professores adtere. jure gentium committi incestum per eum, qui aliquam ex ascendentibus vel descendentibus duxerit, secundum l. fin. D. de ritu nupt. Vid. Sanchez d. Disp. 51. qu. 2. Verum super hæc re non est, cur sumus valde solliciti, cum vix contingere possit, ut cupiant aliqui inire matrimonium in gradu quinto aut ulteriori in linea recta. Aut enim ante mortem, aut ita sunt inæquales quoad ætatem, ut absurdissimum foret tales conjungi, imò velle conjungi, Bellarm. Contr. tomo 2. De matrim. c. 24. in fine.

Quantum ad prohibitionem in gradu transverso fuit variatum. Nam jure civili prohibitio se tantum extendit usque ad quartum gradum exclusive, ut eo jure fratrum liberi, qui

qui eundem avum habebant, & sunt quarto gradu, poterunt licite conjugari, §. *Duorum Infr. De nupr.* Jure vero Canonico usque ad septimum gradum ea prohibitio fuit primo extensa d. *can. 1. & can. Nullum*; postea restricta ad quartum gradum inclusive, d. c. 8. h. 1. qui jure civili est octavus. Ut hodie conjugari non possint, quorum utriusque vel alterius ab avus fuit communis parens: tales enim tantum distant quarto gradu, cum secundum computationem Canonice duae personae unum gradum constituent, uti paulo ante dictum. Ubi satis erit, alter ultra quartum gradum distat à stirpe communi, etiamsi alter intra eum sit, c. *fin. h. 1.* Quo modo recte jungitur nepos vel pronepos ab una parte abnupti ab altera, quae est in quinto gradu. Ratio prohibitionis conjugalis inter consanguineos fundata est reverentia, quam liberi debent parentibus, & consequenter iis, qui his sanguine sunt juncti. Fundata est & in pudicitia, quam frequenter periclitari faceret familiaritas cognatorum, si inter eos esset licitum matrimonium. Fundatur denique in dilatione necessitudinis inter plures ad conservandam caritatem inter cives, & tranquillitatem societatis, quae magis procuratur per confederationem nuptialem cum remotioribus. Quomodo in *can. 1. in fine xxxv. q. 1.* dicitur maris & foeminae conjunctio, quantum ad genus mortaliu, esse quoddam seminarium caritatis; ubi tamen legendum videtur *Civitas*. Aliam rationem dat Gregorius Magnus, in *can. Quadam xxxv. q. 1.* experimento esse compertum, ex conjugio propinquorum sobolem minus bene succedere. Ratio vero restrictionis graduum ad quartum praecipua est, quia experientia docuit, non posse hoc tempore sine gravi dispendio tot graduum prohibitionem observari, quod, cum aetas decreverit, caritas defixerit, concupiscentia sit aucta, fietes saepe numero, ut homines non recordarentur proximitatis, atque ideo ad propinquos se haberent tamquam ad extraneos, contingeretque inde in gradu prohibito iniuri matrimonia. Cujus rei evitanda gratia recte posteriores Pontifices edocti experientia ad pauciores gradus prohibitionem revocantur Bellarm. *romo 2. Contror. De matrim. lib. 1. c. 29.* Ratio allata à Pont.

in d. c. 8. h. 1. de quatuor humoribus, qui in statu ex quatuor elementis, fundantur in purgatorio, sed tantum ut congruentia physica: ut temere pro materia cum venis sectarii. Sanchez, 7. *Disp. 53. in fine.*

Alteri hujus Rubr. pars est de Affinitate quae consideratur etiam in matrimonio in conjunctione, & ratione jam dicta, quibus & haec sufficiat ad animorum concubinationem non autem in successione, quia licet eam non deserat hereditas. Dicitur Adhuc quod duae diversae cognationes per copulationem, *1. Nec facile 4. §. anfron D. adib.* Est autem propinquitas personarum veniens ex habita cum cognata ab una parte non tantum licita, sed & illicita. Tit. superiore. Dicitur, ex copulatione eam sunt conjuges una caro, & potest nitas jure Canonum, c. 2. h. 1. Alias ponitur: quo modo ex sponsalibus de per nulla oritur affinitas. Dico, jure Canonum quia jure civili videntur admittuntur ponere, ut colligere est ex d. *adfron* Nihil haec nisi personas junctas, eadem egreditur. Unde tantum inter cognatos uxorem, inter cognatos mulierem & viniculum hoc ponitur, eo gradu quo quo ipse vir aut mulier eos attingit. Cuius per copulam fiant una caro, non potest conjugum alicui esse propinquus, quod alterum concernat, nec aliquis natus conjugum attingere, qui alterum non attingit. *Fraternitatis xxxv. q. 10.* Hic cognati cognati mulieris inter se nullum habent impedimentum: ut frater mariti licite possit forori uxoris, & filius mariti ex parte recte ducat filiam uxoris ex alio matris filium non obstat impedimentum canonum & mariti tamen *Infr. De nupr.* Nihil est quod ex parentum matrimonio committitur frater aut soror, *lib. Generali 34. §. 10. de nupr.*

Erat autem solim triplex affinitas. Primum, de quo jam actum, quod contingebat cum marito cognati uxoris, & contra. Alterum, quod prima uxoris cognati contrahebant cum secunda uxore mariti, & maritus uxoris cum marito. Tertium, quod secunda uxoris cognati contrahebant cum secunda uxore mariti, & maritus uxoris cum marito.

urus. Sic & frater uxoris est in primo adfinitatis genere; ejus uxor in secundo, quæ si relicta nuplisset Titio, in eo ponebatur tertium genus adfinitatis; *Glof. in d. c. Non debet 8. h. t.* Ponebant omnia hæc genera olim impedimentum nuptiis, ut patet ex *d. c. 8.* ubi Pont. hoc corrigi, & impedimentum ex secundo & tertio genere aufert data licentia in iis generibus conjugendi. Et hoc, ne prohibitionum frequentia hac in materia facile causer peccatum, contracto in gradibus prohibitis matrimonio ignoranter. Ut hodie non impediatur Titius uxoris suæ fratris relictam uxorem ducere, nec vitricus privigni sui uxorem sibi conjugere, quod olim ne quidem jure civili licitum erat. *l. uxorem 15. D. de ritu nupt.* Verum ea lex abrogata est per *d. c. 8.* cum jus civile cedat dispositioni Canonice in causis spiritualibus. Ut sublatis duobus posterioribus generibus, adfinitatis impedimentum tantum obtineat in primo genere. *Covarr. hic p. 2. c. 6. §. 7. n. 6.* & quidem dirimens, non tantum in linea recta, sed & collateralis usque ad quartum gradum, *d. c. 8. vers. Prohibitio.* Non obstante, quod adfinitas gradus non habeat. *l. 4. §. gradus D. de gradib.* cum adfinitas non generet adfinem, generatio autem qualibet gradum faciat; quo modo in Tit. D. non legendum *de gradibus adfinitatis*, sed *gradibus & adfinibus*; nam sit computatio graduum ad instar consanguinitatis, ut quoto gradu unum conjugum quis attingit ratione consanguinitatis, eodẽ & alterum attingat causa adfinitatis. Quod de quarto gradu dictum, accipiendum est de contracta adfinitate ex copula licita; nam illicita ad secundum gradum tantum impedit & dirimit; non ultra, uti colligere est ex iis, quæ dicta Tit. præcedenti. Vid. *Sach. 7. Disp. 67 n. 3. & seqq.* Hæc de impedimento, quod ponit cum consanguinitas tum adfinitas.

10 Idem etiam ponit justitia, publicæ honestatis, quæ in nuptiis maximè inspicitur, *l. semper 197 D. de R. I.* Illam ponunt sponsalia olim etiam invalida, *c. 4. sup. s. 1.* pura tamen ac cum determinata: nam conditionalibus, quia non ponant nisi spem, non erat eadem vis, *c. un. de sponsal. in 6.* Cum uoa ex pluribus inita ante non inducent hoc impedimentum, quam sit facta electio, neque enim ante sunt sponsa-

lia. *Trid. Sess. 24. c. 3. de reform. matrim. ex sponsalibus* quacunque ratione invalidis hoc impedimentum prorsus sustulit.

11 *Q. An & oriatur ex matrimonio nullo? Possit videri non oriri, propter generalitatem d. c. 3.* quod indistinctè ex sponsalibus quacunque ratione invalidis hodie non vult poni impedimentum. *Covarr. d. c. 6. §. 2 n. 2.* Contra tamen dicendum, scilicet poni impedimentum hoc ex contracto matrimonio licet nulliter, idque ex declaratione Pii Quinti, qui in Bulla an. 1568. incip. *Ad Romanum*, quoad hoc negat mutatum esse jus vetus, de quo in *d. c. un. de sponsal. in 6.* modo non defuerit consensus: quomodo clandestinum matrimonium, quod ei desit consensus legitimus, non videtur ponere hoc impedimentum hodie, cum Coac. taliter contractum decernat nullum, partesque reddat inhabiles ad taliter contrahendum, *Sanchez 7. Disp. 2. 70. n. 5.*

12 *Quid si desit consensus internus, externus autem sit ritè expressus? R. Possit videri, attenda ratione naturali, non poni hoc impedimentum, cum verè desit consensus, secundum d. c. un. Verius tamen illud poni, cum interni consensus defectus lateat, externus autem faciat matrimonium videri validum: ut ponat scandalum; quod causat hoc impedimentum. Covarr. d. §. 2. n. 3. Sanchez 7. disp. 68. nu. 13. & seqq.*

13 *Est autem hoc impedimentum dirimens & perpetuum; ut morte alterius aut sponsaliorum dissolutione non tollatur, c. 3. & c. Sponsam 8. sup. tit. 1. can. Si quis 11. 14. 15. xxxvii. qu. 2. Sanchez. d. Disp. 68. n. 20.* Cujus ratio posita est in scandalo: neque enim fert honestas, eam, quæ fuit sponsa unius, nubere ejus consanguineo, ut olim duraverit hoc impedimentum usque ad quartum gradum: verum hodie per *Trid. Sess. 24. c. 3. D. reform. matrim. restrictum*, ut primum non excedat, propterea quod sine dispendio in ulterioribus observari prohibitio non posset, & præcipue quia scandalum contineat, eam, quæ fuit patris sponsa, nubere ejus filio & contra, *§. si uxor tua Instit. De nupt.* Idem de sponsa fratris dicendum. Ex matrimonio rato præcedens impedimentum extenditur etiam hodie usque ad quartum gradum, cum Trident non restringat ad primum, nisi ortum ex sponsalibus

H h h &

& ita declaravit Pius V. in Bulla incip. *Ad Romanos*.

Est & impedimentum ligaminis; quod ponit matrimonium cum aliqua initum non consummatum, quod cum non sit ideo minus ratum, facit cum alia ini aliud non posse, quia nemo potest binas nuptias aut novas contrahere, veteribus durantibus. Durant autem veteres, altero superfluo. Ponit & impedimentum disparitas cultus; qua de re aliquid dictum supra Tit. 1. & reperitur Tit. seqq. Quantum ad raptum attinet, quatenus impediatur, dicitur inf. Tit. de raptoribus.

14 Ceterum nuptiæ aliter, quam dictum, contractæ habentur incestæ, etiam jure naturæ & gentium, inter ascendentes & descendentes, l. *si. D. de ritu nupt.* jure vero humano tantum intra gradum eo jure prohibitum: adeo ut juncti separandi sint, c. 3. h. t. Nisi fiat infidèles qui ad fidem conversi in gradu jure humano prohibito conjuncti, non sunt separandi c. 4. h. t. & c. *Gaudemus* s. in pr. inf. de divor. Secus, si in gradu prohibito jure naturæ, super quo non inspestat Pontifex.

15 Est præterea lege proposita poena ineuntibus hujusmodi nuptias, scilicet exsilium, cinguli spolatio, bonorum publicatio (nisi existant alii justissimi, quibus bona referentur, Auth. *Incestas* C. de incest. nupt.) verberatio, si sit personæ vilis. Hæc semper ita manent & faminas d. Auth. *Incestas*. Alias prohibitas nuptias ineuntes dotis donationisve nomine dato privantur, l. *qui contra* C. d. tit. Et hæc ita, si scienter sint initæ nuptiæ; excusatur enim error, si contritus eo conscripto conjunctio fuerit dirimpta, d. l. *qui contra*.

16 Volunt etiam consummatas esse nuptias, quod sine copula non committatur incestus neque lex soleat punire crimen necdum perfectum, Covart. d. c. 6. §. 8. num. 34. Probabile tamen est, etiam sine copula esse locum poenis, quia in d. l. *qui contra*, puniuntur contrahentes: & in l. *incesta* §. 2. D. de ritu nupt. dicuntur nuptiæ incestæ carere dote; sunt autem nuptiæ ante copulam.

17 Jure Canonico inducta est excommunicatio, quam ipso facto incurrit contrahentes nuptias in gradu prohibito, siue consanguinitatis siue affinitatis, aut cum Monialibus,

quæ & obtinet in Clericis ordinatis & Monialibusve nuptias ineuntibus. *Canon h. t.*

Ignorantia justa præbet exculationem tamen Clericis ordinatis aut profecto contrahentibus, in quibus justa esse non potest factum inspicias, siue jus; quod est notandum. Ut malè ejus a legatur ignorantia, quæ probabilis aliquo casu sit, excusatur. *Clem. un. v. contrahentes.*

Quæritur autem, An utraq; tantum facti ignorantia excuset? R. De facti ignorantia iaculabili patere; quia alias nullum dicitur verbum scienter, in d. *Clem. un. v. contrahentes* cum ignorantia involuntaria semper excusetur, facta vero minime; eo quod moraliter nuptiæ a quiparetur; nam qui vult ignorantiam intelligi sien possit, ut simpliciter non ignorans ignorantiam non excusatur, nisi scienter, quando quis ignorat gradum consanguinitatis esse prohibitum, juratæ ignorantia 13. de R. l. in 6. Possit tamen & aliter excusare, propterea quod quando laici scienter quid facientem, requirit debentiam fidem, l. *sed et si* §. *si* D. de heredi. ignorantia autem etiam vicibilis dolenda est. Vid. Suarez de consensu Dist. 23. §. 14.

Scientia alterius illum solum ad peccatum obligat, can. in lecto xxxv. qu. 2. non etiam alterum ignorantem; uti nec ignorantem alterum scientem sublevar. Non obstat d. *Clem. un.* loquatur in plurali, neque ideo, quod duorum requiritur scientiam genere dictum, propter omnes qui non possent, Gl. in d. *Clem. un. v. scienter* in summa c. 27. n. 141.

Quæritur An & incurrit hanc poenam contractum ea, quam falsò putat coala legitime. Non incurrit, ex eo, quod non ex causa voluntate, sed cui respondet exitus, committatur. & poena inferatur, Gl. d. *Clem. un. v. scienter* in cap. *Si vero* inf. de sent. excom. Contracta tamen erronea donec permantet reatibus obnoxium peccato Suarez d. loco num. 17.

Per sola sponsalia de futuro dicta poena nime incurrit, quia non ponitur contra matrimonium, de quo tantum loquitur d. *Clem. un.* quæ cum sit pœnalis; non est contrahentibus.

Aliter sentiendum de sponsalibus de presenti, cum copula non sit de substantia & lex prohibeat matrimonium taliter contrahi, uti dictum superius.

23 Quid si sponsalia de futuro per copulam consummentur? R. Inspecio iure antiquo, quo per copulam sponsalia transibant in matrimonium prædictæ pœnæ locum fore; non etiam inspecto iure hodierno, quo talis copula nihil operatur, ut succedat regula in *c. non præstat De R. l. in 6. Nav. loco cit. Suarez d. loco n. 20.*

24 Quid si is, qui bona fide contraxit, postea, recognita, pergat utri matrimonio? R. Non videri incurrere hanc pœnam, cum tantum puniatur contractus incestuosus, quem hic non esse initum facit ignorantia. Neque recte cohabitationi aut actui incestuoso ea vis attribuenda, ut faciat transire in contractum, *Gl. in d. Clem. un. V. scienter, Covar. d. c. 6. §. 8. n. 33.* Licet autem actus iste non mereatur pœnam *d. Clem. unien*, meretur tamen aliam, propter gravem, quem continet, reatum, *c. inquisitioni 44. inf. de sent. excom.* Volunt etiam quidam dictæ pœnæ locum esse, si copula post scientiam habita fuerit adfectu maritali, quod videatur prius matrimonium ratificari, & sic quasi de novo contrahi, ut ponatur materia, super quam lata censura. Licet hodie copula subsequens non ponat matrimonium. Quod facit, quod qui contaxerunt solemniter, ignorato occulto impedimento, & super eo dispensationem secreto impetrarunt, possint revalidare contractum per occultam iterationem mutui consensus. *Suarez d. loco n. 21.*

25 Quid si matrimonium initum fuerit per metum? R. Non incurri, quia pœna tantum ipsum contractum adficit, quem hic non ponit facit metus, *Gl. in d. Clem. un. V. matrimonialiter*, nisi postea purgato metu revalidetur contractus, secundum jam dicta. Idem dicendum, si sit contractum matrimonium sub conditione, ante eius eventum ut non ponitur contractus consummatus, ita nec pœna illi proposita, sed demum illa eveniente, si ab intentione non recesserint.

26 Quid si fœmina contrahat cum ordinato aut Religioso, an eam censuram subeat? R. sp. Non videri, quod in illâ non sit lata directè censura, quippe lata dumtaxat in Clericos, aut contra-

hentes cum Monialibus, item & Moniales, non etiam alias fœminas, cû ordinatis aut Religiosis contrahentes. Ut cum lex sit pœnalis, non debeat extendi ad casum non comprehensum. Nec facit, quod communicet in crimine per usum matrimonii; nam hoc materialiter tantum, non etiam formaliter, quia censura lata est non in utentes matrimonio, sed in contrahentes. *Suarez d. loco numer. 22.*

Postremò quaritur, An hæc excommunicatio licet Sacerdotem, aut talem presentem? R. Non ligare, cum in *d. Clem. un.* tantum fiat mentio contrahentium; Sacerdos autem vel testes, licet præsentem, non possunt dici contrahere. Ut cum iis non quadrent v. rba constitutionis, nec ejus decisio accommodari queat, præcipue pœnalis, non extendenda ad casus non comprehensos. Sunt tamen, quibus contraria placet sententia, propter verba, *inter eosdem scienter eadem celebrantes*: quæ verba cum in *d. Clem. un.* non inveniuntur, non possunt quempiam movere. *Suarez d. l. n. 23.*

Cum filia spirituali contrahens non incidit in hanc pœnam ipso iure, cum in *d. Clem. un.* non fiat mentio illius conjunctionis. Videtur tamen ea inferenda esse fornicati cum matre spirituali, aut filia, per *can. Si quis XXXIII. q. 2. ubi Gl. secundum verba illius text.*

29 Quaritur hic postea, An pœnæ civiles obtineant etiam quoad contrahentes in gradu prohibito per Canones, permisso verò per leges? R. Hoc quidem sentire Covar. *alias citantem hic c. 6. §. 8. num. 30.* dum vult legem civilem hac in re esse ad Canones referendam. V. r. ius tamen tantum habere locum in gradibus prohibitis iure civili. Nihil faciente, quod causa matrimonialis iudicanda secundum Canones, & secundum eos sit ponendus contractus incestuosus: neque enim ideo dicendum, approbatam esse legem civilem in gradibus iure civili admissis; cum licet per legem novam extendatur prohibito contractus, non tamen & pœna, nisi exprimitur. Ut contrahentes in quarto gradu pœnæ civili non subiaceant, nisi aliud habeant locorū statuta. Nam cum lex ejusmodi conjunctionem habeat legitimam, non debet per eam puniri, *arg. l. Græchus 4. C. Ad L. Jul. de adult. Alciat, in cap. cum contingat numer. 16. sup. de jurejur.*

- Dicta de penis ita obtinent, nisi dispensatio, quæ est legis vel juris alicujus relaxatio ab eo; qui habet potestatem, impediatur penam. * Dispensare posse Pontificem Roman. super impedimento, humano jure inductis, non est dubium, si tamen causa subsit justa; veluti extinctio gravis litis; si non reperiatur æquale matrimonium; si ita postuler conservatio illustri familiaris aliis perituræ, & alia similes, de quibus Navarr. in *summa cap. 22. in fine*, Sanchez lib. 8. *Disp. 6. Pont. lib. 8. c. 21. §. 2.* præcipue si sint publicæ: quomodo facili procedet dispensatio inter magnos Principes. Justa causa facit tutum esse & dispensantem & dispensatum, etiam in foro conscientie. Non idem operabitur defectus causæ, cum non debeat Princeps facili recedere à jure, quod ipse semel posuit. Non tamen facit causæ defectus dispensationem irritam, cum ejus sit tollere legem, qui posuit. Covarr. *d. c. 6. §. 9. num. 15. & seqq.* * Hinc super impedimento juris divini aut naturæ dispensatio Pontificia est sine effectu, cum inferioris non sit tollere aut mutare legem superioris, cui est subiectus, licet interpretari eam possit, *can. inferior Dist. 21. Covarr. d. §. 9. nu. 6. & 7. Bal. Pont. lib. 8. c. 2. num. 4. §. 6.* Non est autem juris divini omnis graduum prohibitio contra *Lev. 18* uti probat Covarr. *d. c. 6. §. 10. num. 4. & seq. & la-riè Bellarm. de matrim. c. 27.* * Jure naturæ prohibita esse matrimonia inter ascendentes & descendentes, patet ex *l. fin. D. de ritu nupt.* ubi dicitur jure gentium inter hos committi incestum: quod & repetitur in *l. si adulterium; §. 2. D. ad L. lul. de adult. & probatum rationibus supra eod. in prin.* Sic irritum matrimonium inter patrem & filiam, matrem & filium, avum & neprem, & deinceps, reverentia talibus debita non ferente istam conjunctionem. Vid. *Sinch. lib. 7. disp. 51. num. 7.* Inter fratres & sorores illicitum quidem esse matrimonium jure naturæ facit gravis, quam continet, indecentia.
- 33 Questionis autem est, An & jure naturæ sit irritum inter eos matrimonium? Resp. Id aliquos negare, ex eo, quod non sit credibile, Deum voluisse esse irritum matrimonium inter eos, per quos valebat propagari genus humanum. Contrarium tamen probabilius; Primum, propter naturalem pudorem, qui non admittit

hujusmodi conjunctionem, ut genus bene instituat ab ea abhorreat, tamquam aut si quæ ei indulgent ab aliis facta judicentur & reprehendantur, tamquam turæ contravenientes. Cui respondet *Lev. 20.* jussit junctos fratrem & sororem. Secundo, facit text. in *2. Gaudem. divor.* ubi infideles ad fidem convertendi in secundo vel tertio gradu transverbi sunt separandi, quod ille tantum sit per siam prohibitus, cujus legibus sententia bantur. Ut, cum non fiat mentio per signum sit, quod super eo Ecclesia dispensare non possit, ex eo, quod sit perioris seu naturæ, cui subsunt etiam. Facit eod. *l. Libertinus §. D. de ritu nupt.* tus non ducit fororè libertinam, quod non legibus, sed moribus sit introductum. rectè dicat Cujac. *ad Novell. 11.* contra istam jure gentium per hujusmodi conjugatam cit etiam, quod nusquam invenitur ratio facta super tali conjunctione, quod gens argumentum eam esse indispensabilem. *Var. Conf. 14. n. 8. in fine de sponsal. Covarr. d. §. 10. n. 14. & 15. Sanchez d. l. 7. §. 11. Bellarm. de matrim. c. 26.*

Alia questio est, An patris contra nepotam cum nepote conjunctio sit prohibita? Resp. Id videti aliquos, quod *Lev. 18.* prohibeatur conjunctio cum amita. Verum ibi tantum sit prohibita conjunctio inter nepotam & matrem, ut videatur non prohibita conjugatio patris cum nepote, cum in clausula unitis sit sio alterius, & non prohibita non potest dici permilla. Ut proinde si permilla posterior, etiam debeat dici non prohibita altera, saltem de jure naturæ, eadem inter personas sit distantia, in secundo scilicet inæquali. Unde videtur ista prohibitio per amitam & nepotem non tam fundari in naturæ, quam potius in quadam irrationabili reverentia, cum ille, cui debetur reverentia, subjiciatur illi, qui eam debet. Quod quidem honestum, non potest tunc de omnino naturæ contrarium. Nec facit, in dicto loco Deus graves penas ponat contravenientibus; quia illæ non concernunt conjunctiones; sed quasdam tantum de quibus

dam alia crimina gentiliū ibi enumerata. Huc facit, quodd̄ communis Orthodoxorum sit sententia, non omnes gradus *Lev. c. 18.* contentos esse prohibitos iure naturæ. Bellarm. *De matrim. c. 27.* Ut super patris cum nepte conjunctione, aliqua circumstantia cohonestante & excusante indecentiam, possit dispensare Pont. ut & dispensatum sæpius fuisse habent historiæ etiam recentes. Vid. Sanchez *d. disp. 52. n. 6. & seqq.*

35 Q. III. An adfinitas ponat impedimentum irritans iure naturæ? Resp. Quantum ad collaterales, non esse impedimentum iure naturæ irritans, licet præ se ferat aliquam indecentiam, nisi iusta circumstantia non cohonestetur. Patet hoc ipsum ex *c. fin. inf. de divor.* ubi dispensat Ecclesia cum conuersis ad fidem ut relictis fratribus utatur. Et cum inter consanguineos non sit impedimentum irritans eojure, multo minus erit inter adfines; quorum vinculum minus est arctum.

36 Q. IV. An in linea recta sit impedimentum irritans? Resp. Majorem esse questionem, & auctores variate; nec videri improbabile eorum opinionem, qui iure naturæ irritas nuptias volunt, saltem si contracta fuerit adfinitas per copulam iicitam, propter naturalem indecentiam, quam continet conjunctio socii cum nuru, vitici cum privigna, præcipue generi cum foetu, privigni cum noverca; ubi, præter indecentiam naturalem, etiam obstat inversio ordinis quoad regimen, cum noverca, foetus sine loco matris, & in privignum generum, tamquam filios, ordine naturæ habeant potestatem. Quod facit, quod *Lev. 20.* exagereetur hoc scelus, & nefandissimis flagitiis adnumeretur; & D. Paulo 1. *Corinth. 5.* fornicatio cum noverca vocetur tam nefanda conjunctio, qualis ne quidem intergentes audiamur.

37 * Ut rectè Navar. *Conf. 14. n. 8. in fine sup. de sponsal.* neget Pont. in primo gradu dispensare posse, scilicet quoad lineam rectam: nam quoad lineam transversalem licitè eum dispensare non est dubitandum, iusta causa cohonestante indecentiam. Quod facit, quod ex lege veteri inter levitum, id est mariti fratrem, & fratram, id est fratris relictam nuptiæ constiterint, imò quasi præcepta fuerint, fratre scilicet mortuo sine semine; ut nihil involvat admodum repugnans iuri naturæ. Covarr. *d. 5. 10. num. 20.*

Quo modo non possunt argui Pontifices, qui in tali gradu dispensarunt: neque reprehendendus Julius II. qui dispensavit cum Henrico VIII. Angliæ Rege, ut licitè duceret uxorem Catharinam, quæ nupta ante fuerat ejus fratri Arturo, sine liberis mortuo, imò non cognita; non etiam Clemens VII. qui eam dispensationem ut legitimum, consultis illustrioribus orbis Academicis, decrevit, cum secundum legem Deuterion. non poruerit tantum, sed & debuerit eam ducere, licet hæres magnam orbi Christiano dederit ruinam, tum impostura aliquorum. Regem ad divorcium excitantium, ut frustratè ambitionis vindictam consequerentur, qui brevi post meritas suæ temeritatis pœnas luerunt, ipso Henrico jubente; tum ipsius Regis turpissimo nefandæ & potentissimæ libidinis æstu, quo eò recordiæ præceps ferebatur, ut non erubuerit conceptam ex adulterio filiam sibi copulare. Ut autem sit iure naturæ licitum in secundo gradu contrahere, vetuit tamen Trident. *Sess. 24. cap. 5. de reform. matrim.* dispensari nisi publicæ pacis causa inter magnos Principes; super aliis non nisi difficulter. eos autem, qui scienter matrimonia contrahere præsumpserint, separari, & spe consequendæ dispensationis carere voluit, præcipue si & copula accesserit.

38 Episcopo nulla est dispensandi licentia, nisi forte super aliquo impedimento à se inducto, cum jus publicum non tollat nisi is, qui ei præest, aut alius ex ejus commissione. Si tamen publicè matrimonium contractum fuerit, & occultum sit impedimentum, subsistit etiam scandalum ex dissolutione, nec facilis sit aditus ad Pont. propter partium inopiam, aut distantiam, aliamve justam ob causam, dispensare Episcopum posse volunt, propter necessitatem, quæ eam licentiam dat; eo quod credibile non sit, Pontificem sibi reservasse dispensationem, cum gravissimo animarum dispendio. Navar. *d. cap. 22. n. 85.* Pontius *l. 8. c. 13. n. 2. & seqq.*

39 Q. An liceat Episcopo dispensare super cognitione spiritali? Resp. Non videri id aliis concessum nisi Rom. Pontifici, cum impedimentum sit ditimens ex jure communi, super quo non disponit inferior, cujus non est legem immutare superioris, aut ab ea licentiam

H h 3 rece-

recedendi dare, nisi ejus permisso, de quo non constat hac in materia. Facit, quod d. Triu. simpliciter permittit dispensationem Pontifici nulla facta mentione Episcoporum aut distinctionis inter cognationum genera.

De legali idem dicendum est, scilicet solum Rom. Pont. super ea dispensare, ex eadem ratione. Ubi nihil facit, quod à Principe tale impedimentum sit inductum, nam postea ab Ecclesia est approbatur, ejusque foro subjectum.

40 Quæres, An super impedimento, quod ponit publica honestas, dispense Episcopus? R. Et hoc esse juris communis, ut tolli nequeat, nisi per eum, qui juri communi sive publico præest, cum non inveniatur alteri eius dispensatio concessa per jus commune, ac proinde dicenda sit reservata S. P.

41 Cæterum ut dispensatio teneat, necesse est non sit extorta per subreptionem aut obreptionem, neque enim foret valida, cap. quia 6. h. s. eo quod deficiat mens dispensantis, juxta dicta sup. de rescript. Nisi postea Pont. dispensationem taliter impetratam confirmet. Itaque casus, ut se habet, exprimendus, nec omittenda particula aggravans, quæ posset dispensatorem removere. Sic exprimendum, an subsit paternitas, an compaternitas, quia dedecet magis ducere eam, quam è sacro fonte susceperit, quàm ejus matrem. Idem de similibus est judicium.

42 Quæ An ommissio unius causæ faciat dispensationem super alia expressam inutilem; veluti si tantum exprimat impedimentum adfinitatis, & subtrahatur publicæ honestatis? R. Videri Navarro Conf. 7. n. 3. & conf. 8. h. 1. valere gratiam quoad impedimentum expressum, circa quod subreptio non contingit, ut gratiam ejus non debeat vitare, sed solum quoad impedimentum ommissum, c. si eo tempore 9. de rescript. in 6. Potest enim gratia esse subreptitia quoad quid tantum, juxta regulam. Uno de duobus sublato, remanere aliud nisi suppressum tale sit, quod secundum jus necessario exprimendum. Posset tamen videri utrumque impedimentum esse simul exprimendum quod utrumque cognitum posset facere difficilem dispensationem, aut eam recusari à superiori. Ita Covarr. d. cap. 6. s. 4. num. 11. Quæ opinio posset videri probabilior, licet pro altera fiat

plurimi auctores; quæ tamen non ideo vitiosa obnoxia subreptionis vitio, cum facta superiorum non habere memoriam potestati ante sublata, nisi & hoc exprimat libellus posteriori, quo petitur dispensatio impedito, quod simul cum potestati rat.

TITULUS XV.

De frigidis & maleficis.

SUMMARIUM.

1. Actus conjugalis non est substantia matrimonii.
2. Impotentia generandi in senibus & in senibus non est impedimento contrahendi matrimonii.
3. Impotentia hac est ex parte utriusque & vel perpetua vel temporaria.
4. Item alia absoluta, alia respectiva.
5. Matrimonium potestatem cum impotentia impotentia, an valide contrahatur.
6. Hermaphroditus an contrahat valide.
7. Spado jure civili recte contrahit.
8. An & jure Canonum?
9. Impotentia ex maleficio quatenus dissolvit matrimonium.
10. An petere à maleficio liceat, ut maleficio tollat?
11. Et an, si modo licito illud tolli possit?
12. Malefici signa destruere an liceat?
13. Separatis ob impotentiam an liceat nuptias?
14. Impotentia cessante an re. ire ad se cogantur.
15. Impotentia ex frigidityate quatenus dissolvit matrimonium.
16. Cultus disparitas est inter impedimenta matrimonii, & quo jure.

Inter impedimenta dicuntur impedimenta ad actus conjugales exercitum, cum sit materia habilis ad finem matrimonii, et si non sit de substantia, quam potestatem consensus, hic tamen implicare substantiam pulam fertur: uti emptio ad usum liberum dominium rei, quæ si haberi nequeat, obligatio mittit.

2 Dico, ad exercitium actus conjugalis, nō impotentia generandi, quæ est in sensibus, infirmis, sterilibus, non impedit matrimonii contractum, *Gl. in cap. 2. h. t.* Nihil obstante decreto juris civilis, quo sexagenarius viris, quinquagenarius feminis nubendi aufertur licentia ex L. Julia & Papiæ, quasi operam matrimonio dare nō possent, *l. Sancimus 27. C. de nupt.* in qua illa prohibitio sublata, tum etiam quia hæc in re Canonice sequimur, secundum quos matrimonium non est tantum remedium naturæ seu infirmitatis, verum & humanitatis solatium, *can. Nuptiarum xxvii. q. 1.* Facit, quodd ex propria virtute generare possint, habeantque habitum, licet ejus officium per accidens sit suspensum quoad generationem. Vid. Sanchez latè 7. *Disp. 92. num. 19. & seqq.*

3 Est autem hæc impotentia, vel ex parte viri, quia frigidus, maleficiatus; vel ex parte mulieris, quia arcta nimis, & ad copulam minus habilis, & vel perpetua, qualis censetur, quæ non nisi per divinum miraculum tolli potest, aut si per artem humanam, non sine gravi corporis periculo aut non sine peccato, veluti quæ tolli tantum potest maleficio, cum fieri non posse censetur, quod sine peccato fieri nequit vel temporalis, quæ arte humana vel ordinariis Ecclesiæ remediis auferi potest, *c. Fraternalitatis 6. h. t.*

4 Alia item absoluta, quæ reddit impotentem respectu omnium, alia respectiva, quæ tantum impotentem facit respectu certæ personæ qualis communiter est in maleficiatis. Impotentia perpetua, absoluta dirimit matrimonium jure naturæ, si præcedat, quia nemo potest in alium transire dominium rei vel jus ad rem, quam nō habet. Est quippe de ratione matrimonii tradere potestatem sui corporis in ordine ad copulam conjugalem. Impotentia respectiva tantum inter eos dirimit, respectu quorum adficit, quia respectu eorum tantum cessat potentia copulæ, in quam fertur consensus, non respectu aliorum. Hinc taliter conjuncti sunt separandi non tantum continuè, sed si non appareat potentia post trinitii cohabitationem, per quam consistit de inhabilitate; quam & partes cum septima propinquorum manu confirmabunt juramento, si tamen sufficienter per inspectionem, aut alias de perpetua alterius inhabilitate

continud constat ad petitionem alterius nō est differenda separationis de claratio. *c. 1. & s. h. t.* cum quæ certa sunt, motam non patiantur. *Uico. si præcedat;* quia superveniens impotentia non dirimit matrimonium legitime contractum, ex communi juris ratione, quodd damnus rei superveniens cedat ejus domino.

Q. An scienter cum impotente contrahens debeat ei adherere tamquam conjugi? R. Non esse matrimonium, cum de sit materiæ habilitas; ut solus consensus nihil possit, *c. 4. h. t.* Imo nec posse cogitales, ut simul maneant, etiam ex pacto, propter periculum peccati in altero; quod non est tolerandum, ratione pacti. Neque obstat, quod in *d. c. 4.* dicatur, si non possint se habere ut conjuges, habeant se ut frater & soror; hoc enim quatenus consentiunt, & deest periculum incontinentiæ in altero. Nam cum aliis in rebus societas in perpetuum inita nihilo minus dissolvi possit propter discordiam, quam parit communicio, non est, quare toleretur hoc pactum. Ubi frivolum sit dicere, Pontifices in *d. c. 4. & s.* permittere talibus non tantum cohabitationem, sed etiam eundem lectum, oscula, & similia; quia ea res alium induceret ad peccatum, quodd minimè intendit Pont. Plura Sanchez *2. d. lib. 7. disp. 97. n. 2. & seqq.* & Basil. Pont. *lib. 7. c. 60. & seqq.* qui contendit matrimonium potentis cum impotente ad castè vivendum, etiam cognita impotentia, validè celebrari.

De hermaphrodito quaesitum, An potendus inter impotentes? R. Hermaphroditum sive *à vō qō yuvēv* dici, qui utrumque sexum, & virilem & femineum, participat, ejus tamen existimari, qui in eo prævalet, *l. Quæritur D. de statu hom.* ut secundum eum matrimonium rectè inest. Si utroque sit æqualis, non dabit illi Parochus præsentiam sui, antequam alterum elegerit, cum juramento, quodd alio quàm electo non utetur, cum sit indecens modo uno modo altero sexu uti, & vice plurium fungi, *arg. c. 5. sup. de Cler. conjug. & l. si plures 9. D. de pact.* Spado jure civili non remouetur à contrahendo matrimonio; cum ei tantum sit accidentarium impedimentum, quodd sanari aut tolli potest. Si tamen non sit castratus, *l. si servus 39. in fine D. de jure dot.* cui est impedimentum perpetuum,

Q. An

Si cessare autem, eo destructo, combusto aut eruto, Rationem dubitandi in eo esse, quod destruens aut amoveas signa, videatur inire tacitum pactum cum dæmone, quod ex vi prioris pacti amotio ista contineat postulationem, ut cessare desinat dæmon. Verum, non obstante scrupulo isto, dicendum, licitum esse signa ejusmodi destruere aut amovere, quia nec hoc positivo jure prohibetur, nec per se & ex natura rei intrinsecè malum, potestque fieri bona intentione & fine, ut sit tutum. Imò respectu malefici clara est obligatio ex justitia, quia tenetur ad restituenda damna, quæ inruit, & ad non inferenda ulterius. Ut etiam ad rescindendum pactum inicum cum dæmone tenetur, quo mediante damni istius est causa. In aliis hæc obligatio non est ex justitia, sed tantum ex caritate; quia unus cujusque est subvenire proximo necessitate patienti, & impedire illius injuriam, si commodè possit. Nisi forte in Judice, qui tenetur ex officio consulere universali bono Reipublicæ, & impedire injusta nocumenta subditorum, Itaque cum ista amotio sive destructio signorum contineat meram privationem, citra ullam cooperationem aut pactum cum dæmone, qui amoto signo cessat nocere, non potest jure improbari, cum potius ad actum virtutis pertineat, ne proximo nocumentum detur, impedire. Navarr. in *Summa cap. 1. n. 29.* Sanchez. *d. lib. 7. Diss. 96. num. 3. ubi plures citat.* Suarez. *d. lib. 2. cap. 17.* Less. *De Just. & Jure lib. 2. cap. 44. num. 36.* Ubi non est curandum, quod forte signi sublatio dabit damnum malefico, cum auferens signum nec hoc primario intendat, nec ad illud concurrat, sed tantum sibi consulat, utri potest: ut pactum non tam ex facto ejus sequatur, quam ex pacto cum dæmone. Idem dicendum, si inde tertio sit damnum, cum non cooperetur removens signum, sed tantum se tucatur: ut damnum hoc sit per accidens, & proinde casui acceptum ferendum. Imò & signum contrarium apponere in destructionem pacti cum dæmone per alterum iniri nec superstitionis argui potest, nec spectat ad societatem cum dæmone: veluti si dæmon pactus se nociturum cuidam, donec signo Crucis se muniat, extra omnem noxam erit is, cui nocebatur, si ista destructionem pacti istius signo Crucis se

muniat. Sic & licitum venificam, à qua tactus es ad inficiendum, repercutere, ad impediendam noxam. Neque enim tunc nocet diabolus, quia signo nocendi impeditur. Cujus & vis solet reddi inefficax, si insectus det sagæ panem & salern, aut ab illa accipiat; cum non sit illicitum facere aliquid, quod est indifferens ad impediendam gravem operationem diaboli. Less. *d. loco num. 45.* Hinc & licitum ab ipso malefico inquirere, ubi & in quo signum consistat, ut destruat. Neque enim hoc medium est illicitum, modo maleficus sciat; nam si ignoret, non potest induci, ut per artem malam inquirat, quia esset cooperari malo.

Laborandum itaque, ut licitis mediis maleficium tollatur: alioquin si post tres annos cohabitationem non cessaverit impotentia, separandi sunt. *c. fin. h. t.*

Verum hic quaesitum, An post separationem ratione impotentiae novas nuptias inire liceat separatis? Resp. Ratione malefici impotentes separatos rectè eas inire, cum maleficium non semper simpliciter & quoad omnes impotentem reddat, sed communiter quoad certam vel certas personas. Ut præter eas sit habitas, *Gl in c. penul. V. Divinum miraculum c. fin. V. cognoscendi alias h. t.* & taliter adfectus non sit cum aliis inire matrimonium prohibendus. Quod si postea, sublato maleficio, reddita sit potentia ad copulam cum priori, non tamen rescinduntur nuptiae cum alia inite. Nam cum legitime sit facta separatio, propter materiam pro tempore inhabilitatem, quæ purabatur perpetua, non possunt videri illicitæ, ut separatio non sit facienda. *d. can. si per fornicarias.*

Majus dubium est in casu, quo tales separati necdum contraxerunt novas nuptias, & redierit habitas ad copulam. An cogantur ad invicem redire? Resp. Non videri cogendos ad novam conjunctionem, cum ab initio inter eos non fuerit vinculum, propter impedimentum, quod suberat, perpetuum. Quod licet per accidens postea cessaverit, non ponit tamen consensum fuisse à principio, propter materiam vitium, qui ab invito non est postea extorquendus. Pro qua parte venit considerandum, quod dictum ante, matrimonium post separationem hoc in casu cum alio

initum tenere. Quod dici non posset, nisi separatio foret iusta: ut non nisi iustitia separationis sit inspicenda, non etiam quod per accidens non sit initum novum ab his matrimonium.

15 Quantum ad impotentiam causatam ex frigidityte, ea simpliciter facit inhabilem quo ad omnes, ut & paratò aliud matrimonium non sit indulgendum, quòd in eo desit matrimonii finis, scilicet exercitium actus conjugalis; & ita accipiendus est textus in can. requisivisti XXXVII, q. 1. Qui si de facto matrimonium ioverit cum alia, & consummaverit, cogetur ad relictam redire, cum per consummationem matrimonii posterioris appareat prius esse malè dissolutum ab Ecclesia decepta, quæ putabat subesse impedimentum, quod vel nulum suberat, vel temporale tantum, quod facit iustam dissolutionem. Si tamen contingat mulierem propter arctitudinem separari ab eo, cui non est conveniens, non videtur omninò impedienda à nuptiis, si alteri forte conveniat, cum contingat mulieres ea de causa non semper esse absolute inhabiles, sed respectivè tantum, ut uni inhabiles, alii possint esse habiles. Atque ita non cogendi ad relictum redite mulier; si forte ei postea habilis sit facta, cum separatio sit legitime facta. Ubi tamen advertendum, an non potuerit remedium adhiberi sine gravi corporis periculo: lias enim decepta foret Ecclesia, & redintegrandum esset prius matrimonium, c. 6. & ibi Gl. b. iii.

16 Ponitur & inter impedimenta ditimentia Culus disparitas, quæ est inter fidelem & infidelem, inter quos ideo irritum est matrimonium, quòd adferat incommoda & pericula fidei, præcipue a ostatandi à fide, Deut. 7.

Disputatur autem, quo iure? Resp. Nec iure naturæ, quòd non tollit omninò finem matrimonii, cum non impediat prolem nasci, & faciunt eò Sæctorum exempla, qui infidelibus fuerit conjuncti: nec iure divino, cum in lege nova non exaret tale præceptum. Non obstat, quod Deut. 7. sit prohibita talis conjunctio, sicut nec facit, quòd utitur Esdræ 1. c. 9. & 10. nam illud præceptum fuit tantum iudiciale, non naturale, cum tantum prohibuerit Judæis matrimonia cum habitantibus in terra Chanaan, quos Deus volebat deseri, non

autem cum cæteris: ut hodie ceteri Christianos pertineat. Nec deinceps legi ecclesiæ certa, cum non deat aliqui Christiani, licet bene prohibens; ut in paratur matrimonium cum hæreticis, can. in can. oportet XXXVIII, q. 1. quod tamen irritum. Ut dicendum sit, irritum esse etiam populi Christiani vim legis obtinente, enim tantum per scriptos Canones hæreticam dimenda inducuntur, verum & per traditionem Apostolicam. Quare autem hæretico potius teneat, quam cum infidelibus est sup. Tit. 1. in fine.

TITULUS XVI

De matrimonio contracto contra interdictionem Ecclesiæ.

SUMMARIUM

1. Interdictum Ecclesiæ ponit impedimentum peccati tantum.
2. Pontifex an impedimenta dirimat sine peccato, & inter quos?
3. An aliquem perpetuo reddere inhabilem.
4. Feriarum tempore quatenus inordinabilia.
5. Causæ aliæ ponentes impedimentum recensentur.
6. Maritus occidens uxorem in adulterio tam an incurrat hæreticam?
7. An semina occidens maritum?
8. Nudo adulterio an ponatur hoc impedimentum.
9. Penitentia sollemnis illud ponit.
10. Item casus proprii filii.
11. Contrahens contra interdictionem an peccet.
12. Dispensatio contrahendi an omnia impedimenta dirimat sine peccato.
13. Episcopus utrum super his impedimentis possit dispensare?

Hæc de impedimentis dirimentibus id est non permittentibus matrimonium de facto contractum stare. Sunt & impedimenta tantum, ita dicta quòd matrimonium tamen contrahi impediunt, contractum tamen stare & validum esse permittunt.

peccat primo interdictum Ecclesie, quo verum aliquibus, ne inter se matrimonium contrahant; donec plenius fuerit inquisitum super causa, quae subesse putatur. Non obstante tamen interdicto matrimonium contractum non dissolvitur, modo nullum aliud subsit impedimentum, quod stare non permittat; quamvis pendente inquisitione conjuges sint separandi quoad thorum, sub poena excommunicationis & imponenda sit condigna poenitentia, in poenam contempti iudicis, c. 1. & 2. h. t. Idem est, si contra Pont. prohibitionem matrimonium inear, cum multa prohibeantur fieri, quae facta tenent.

2. Quid si decretum Pontificis contineat causam irritantem? Resp. Non esse dubium, quin possit Pont. generali lege statuere impedimenta dirimentia, ex causa iusta, inter certa personarum genera, uti & fecisse legitur: an vero inter privatos quosdam tale impedimentum particulari decreto inducere possit, aliquos negare, alios adferre id non expedire, & rem sine exemplo esse, nec Pont. tale quid umquam tentasse. Navarr. Conf. 1. n. 2. h. t. & Conf. 2. n. 3. Probabilius tamen istam auctoritatem attribui Pontifici, cum in genere possit inducere impedimenta inter omnes, aut si adverte, quidni & inter duos ex causa urgente; ut generalem hac in materia condidit legem, quidni & specialem & localem, ut ait Hostiens. hic in summa in fine, hanc sententiam approbas. Idem & tenet Felin. in c. ex parte n. 6. sup. de constitut. quando subest causa perpetua, nam si temporalis tantum, idem non operabitur clausula irritans, quae juxta merita causae dimittenda. Covarr. hic p. 2. c. 6. in princ. 7. & l. in c. 4. sup. tit. 4. Sanch. 7. disp. 1. n. 7.

3. Alia questio est, An possit Pont. aliquem reddere perpetuo inhabilem ad incedendum matrimonium? Resp. Majorem hac in re esse difficultatem, ex eo, quod ad continentiam perpetuam nemo nisi ex proprio consensu adstringi possit; imperari autem virginibus nequeat, quod sit magis voti, quam praeccepti, can. Integritas xxxii. q. 1. Deinde quod matrimonio, indulto à natura in remedium concupiscentiae, privari in vitis nemo possit. Tenendum tamen, in potestate id esse Pont. si delicti gravitas eam prohibitionem mereatur. Nam si ex causa libertas à natura concessa possit eripi, aut capite quis

plecti, quidni ad matrimonium reddi inhabilis: Praeterea si potest facere ex causa incestus, ne quis citra peccatum possit inire concubium, quidni exigente delicti gravitate, reddere matrimonium quodcumque invalidum? Quod & ab Urbano V. ita esse factum aliqui testantur. Ita Sanch. d. loco n. s.

Præstant & hoc impedimentum feriae. Uti tempus Adventus usque ad Epiphaniam; Quadragesimæ usque ad Octavam Paschæ; à diebus Rogationum usque ad Octavam Pentecostes, can. non oportet xxxiii. & passim q. 4. & c. 4. sup. de feriis, idque ideo, quod toto anno celeberrima sint Festiva tria, Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, quibus olim omnes tenebantur ad Eucharistiam accedere. Ut igitur Christiani ad ea Festa parati invenirentur, optimo consilio Ecclesia illis temporibus solennes nuptias prohibuit, quod earum sollicitas causaret magnas distractiones, propter convivia, & alios apparatus fieri solitos. Sanch. 27. Disp. 7. num. 1. Verum Concil. Trid. Sess. 24. c. 10. de reform. matrim. eam prohibitionem temperavit, atque ad duo tempora redegit, scilicet Adventum & Quadragesimam, modo antedicto. Non obstante, quod tantum semel in anno Ecclesiastica lege teneantur hodie Christiani se reficere cibo Angelorum. Viget tamen & consuetudo etiam in Natali Domini communicandi, & ut non esset ea consuetudo, non sola communicatio est causa istius prohibitionis, verum & celebritas principalium Festorum, ad quae Ecclesia per jejunia & orationes suos filios præparare satagit, cum quibus pompæ nuptiales malè conveniunt. Volunt tamen communiter isto Ecclesie decreto non tam prohiberi contractum matrimonii, quam solemnitatem, quae consistit in benedictione & solemnè deductione in domum causaque festiva vanæ laetitiae signa, & per ea nimiam evagationem moris, illius temporis sanctitatem minime decentem. Verum cum solemnè benedictio sine peccato omitti possit, ea omiſſa, simul & traductione solemnè, videtur matrimonium inire posse sine noxa, si tamen evitetur scandalum, ut & consummari illo tempore, nisi circumstantis pravis vestiatur. Navarr. d. c. 22. n. 71. Sanch. d. loco n. 15. & seqq.

5 Ponunt & impedimentum impediens tantum, Sponsalia priora, ut dictum supra Tit. 2. Votum simplex sup. tit. 6. Excommunicatio, cum privet hominum communione, inf. De sent. excom. Baptizatio seu susceptio proptii filii de sacro fonte, in fraudem uxoris, uti colligere ex dictis sup. Tit. 11. Nuptiæ cum Moniali, can. hi ergo xxvii. q. 2. Gl. fin. ad c. 2. inf. de pœnit. Et remiss. Raptus Sponsæ alienæ, can. statutum xxvii. q. 2. Perjurium, c. sicut sup. Tit. 1. Presbytericidium, c. qui presbyterum 10. inf. de pœnit. Uxorididium, can. Interfactores can. quicumque, can. Admovente xxxiii. q. 2. Quod omnino procedit, quando quis propria auctoritate sine causa uxorem suam occidit, ut loquuntur dicta jura.

6 Quid si ex causa, utpote in adulterio inventam occiderit? Resp. Posse videri maritum non adfici hac pœna, propterea quod dicta loca se fuodent in eo, qui sine causa uxorem occiderit. Frequentius tamen adsertum, ne tunc quidem maritum esse liberum ab hac pœna, quod hujusmodi cædes sit improbara per Canones, qui non videntur eadē uxoris probare aliā quā factam publica auctoritate, ut patet ex d. can. Quicumque in V. absque certa probatione. Commissa cædes uxoris in necessariam sui defensionem, cum sit jure naturæ permilla, non debet pati pœnam.

7 Q. An eadē incurrat foemina occidens maritum? Resp. Aliquibus hoc videri, ex ratione correlativorum: contrariam tamen sententiam veriorē esse, cum prædicti textus tantum loquantur de viro occidente uxorem, nisi hac ratione, quod proniores sint & audaciores viri ad eadē uxorem, quam ē diverso uxores ad eadē maritum. Ut illi sint magis reprimendi & cessante rationis paritate, textus ex argumento correlativorum non sint extendendi. Quod facit, quod pœna raptoris virginum non extendatur ad mulierem virum rapientem, uti dictum, D. ad L. Inl. de vi publ.

8 Q. II. An nudum adulterium inducat impedimentum hoc? Resp. Verius est, per adulterium non induci impedimentum dirimens, nisi in casibus certis, de quibus sup. tit. 7. ubi responsum ad textus, qui contrarium insinuat videntur. Verius etiam non poni impediens, cum nulli id exprimat, & textus passim tantum

loquantur in casu, quo quis cognovit uxorem uxoris, qua de re sup. Tit. 13.

Facit & pœnitentia solennis, ut patet contrahi matrimonium ea durate, can. de pœnit. c. can. fin. xxxiii. q. 2. quia cum tempore sit destinatum luctui & pœnitentia, non honestè ac decenter eo tempore iuramentum contractus. Verum hac de re non querendum, cum hodie non frequenter pœnitentia ista. Sanchez 7. Disp. 1. n. 10.

Addunt & eadē filii per c. 1. inf. de filiis occid. ubi mulieri interfectio licet ex speciali causa, vitandæ scilicet homicidii, conceditur nubendi licentia, quæ denegata, quia non foret opus licentiam actum jure permillum. Sanchez de Inj. 12.

Quæri autem posset, An sit matrimonium obstante aliquo tali impedimento contractum? Resp. Hoc verius est, quod agitur contra Ecclesiæ decretum de causa gravi, quæ contra votum inerat matrimonium contra sponsalia priora valida, quia aliter datam fallit, aut alias jure impedimentum sine justa causa, aut etiam iudice interveniente, nisi tamen causa interdictionis per se facta sit levior. Hæc ita, nisi aliter intervenierit, quæ facit matrimonium vacare.

Ubi quæsitum, An dispensatio recedatur, si consuetudine inductum sit, uti dicitur? Resp. Ita rectè dici, cum, uti dicitur præ, De consuet. num. 8. consuetudo habet adrogandi leges Ecclesiasticas, c. fin. in p. de consuet. & tollendi impedimentum in Ecclesia inductum, sup. tit. 6. num. 4. licet se autem consuetudinem non petat dispensationem super his impedimentis, præ Navarr. in Manuali c. 22. n. 75. variè dicitur. Ubi non desideratur Prælati scientia, cum non salvet consuetudinem, ut sine ea constat, ut dictum ad l. de quib. num. 18. D. de leg. Non potest tamen ista consuetudo tollere interdictionem Ecclesiæ sive iudicis, quod obligat ad sui observantiam sub peccato, per se sola prohibitionis, quæ iusta est. Ut hoc potest videri contraria consuetudo bona, per se contumaciam, quam continet erga

aut Ecclesiam. Sic nec poterit per consuetudinem induci ut voto ligatus sine peccato nuptias contrahat, ommissa dispensatione, aut sponsalia priora negligat: nam jus Deo aut homini quaesitum non potest mihi auferre consuetudo, sed superior tantum, ex causa si qua subsit iusta. Dispensare autem super his impedimentis posse Pont. Roman. certum est.

Quaeritur, An & Episcopus? Resp. Hoc verius esse. Nam licet *e. sup. tit. 13. De eo qui cog. consang. sua uxor.* ea tum dicatur dispensare posse super impedimento ex improprio incestu, consuetudo tamen extendit istam licentiam ad alia. Excipe primò interdictum Ecclesiae à superiore positum, quia minor non tollit superioris legem, nec eam moderatur, *Clem. 2. De elect.* Secundò, proprium incestum, *d. c. 2. ubi tantum conceditur dispensandi licentia Episcopo super improprio incestu: ut in proprio sit denegatum, per reg. quòd inclusio unius sit exclusio alterius.* Tertiò, votum castitatis & Religionis, propter jus Deo quaesitum, super quo ipse Pont. difficulter dispensat. Navarr. *d. c. 22. num. 85.* Denique sponsalia priora, ob datam fidem, & jus homini quaesitum: quòd non facile auferendum, nisi causa major suadeat, & tantum per Principem summum, cui soli hoc licet, qualis in spiritualibus est S. Pontifex.

TITULUS XVII.

Qui filii sint legitimi.

SUMMARIUM.

1. Ex iustis nuptiis nascuntur liberi legitimi.
2. Etiam nati ex conjugē, qua interim alteri se miscuit.
3. Illegitimorum alii naturales, alii spurii.
4. Natus ex parente legitime conjuncto, sed voti reo, an legitimus?
5. Et quid de nato ex ordinato vel professo?
6. Quid item de nato ex initio inferiori aliquo Ordine sacro aut Religioso?
7. Sunt & legitimi liberi nati ex nuptiis, qua iusta putabantur.

8. Illegitimi non admittuntur ad successionem, alendi tamen.
9. Sunt inhabiles ad Ordines &c. remissive.
10. Legitimitas quid?
11. Legitimitas per subsequens matrimonium.
12. An procedat hac legitimitas liberis in-vitis?
13. Matrimonium oportet legitime sit initum.
14. Legitime in-itur etiam in articulo mortis.
15. An per matrimonium clandestinum proles ante concepta legitimetur?
16. Dotalia instrumenta an desiderentur?
17. Requiritur etiam, ut matrimonium potuerit esse inter partes.
18. Habilitas illa an debeat adesse tempore conceptionis, vel partus?
19. Quid si impedimentum post conceptionem superveniat?
20. Et quid de concepto ex copula adulterina vel incestuosa ignoranter habita?
21. Quid item de concepto ex beneficiatō, Novitio aut ex sponsa aliena?
22. Matrimonio putativo an tribuantur legitimitandi vis.
23. Per matrimonium avi an legitimetur nepos?
24. Legitimationis huius effectus.
25. Legitimitandi jus per rescriptum quibus competat, & ad quem effectum.
26. Procedat hic modus, liberis ipsis consentientibus.
27. Item aliis liberis non existentibus.
28. Et de voluntate patris, liberos Principi offerentis.
29. Clausula rescripto legitimationis inseri solita.
30. Et ad quorum consensum ea sit referenda.
31. Extra territorium legitimationis an rectè procedat hic modus.

H AECENUS quo modo, & inter quos matrimonia ineanantur: consequens est videre de eorum effectu: qui est, quod patrem demostrent, *l. 5. D. de in jus vocan.* cujus in potestate sunt liberi ex iustis nuptiis procreati, eidemque succedunt, *l. 6. de his qui sunt sui vel al. juris &c. 2. h. 2.* Quod etiam accipitur da prole nata ex conjugē, alteri sui corporis usum dedit: capitur *l. 1. de sumptio* potius, quod sit proles ex *l. 1. de concepta*, quàm contraria, tum quod ea partui sit favorabilior, *e. estore inf. De R. I.* tum quod verosimilius sit, ex marito esse conceptam, quam

extraneo. Alciat, *De presumpt. reg. 1. cap. 37.* Nisi circumstantiæ aliud suadeant, ut quia maritus tanto tempore absuit, aut uxori non cohabitavit, ut ex ipso proles concepta esse nequeat. Si de matrimonio dubitetur iustitia, est Judicis Ecclesiastici cognoscere, non etiam laici, ne quidem incidenter, *c. Lator & c. causam h. 2.* Cujus erit natos ex nuptiis injustis decernere illegitimos.

3 Illegitimos sunt variaz species. Nam alii sunt simpliciter Naturales, nati ex soluto & soluta, inter quos matrimonium esse poterat, idque ex concubina una domi detenta, vel ex non detenta domi. Quæ divisio etiam si aliquem effectum habuerit de jure civili, quo ex domi detenta nati reputantur ejus patris esse, qui concubinam, ex qua nati, penes se retinet, non etiam illi, qui ex aliqua domi non detenta habiti. Covarr. *bic p. 2. c. 8. §. 4. n. 2. & 3.* Gomez *ad L. 9. Tauri in princ.* hac tamen in materia ista distinctio non habet locum de jure Canonico, quo inter natos ex soluto & soluta non fit distinctio, sed omnes æque illegitimi, & ponit hujusmodi complexum simplicem fornicationem. Alii sunt Spuri, nati ex damnabili complexu, vel propter conjunctam adultærii malitiam inter utrumque vel alterum tantum; vel incestus, quem causat impedimentum cognationis; adfinitatis, vel sacrilegii, quod causat impedimentum voti solemnitis, sive in utroque fuerit votum, sive in altero tantum; sive fuerit adnexum ordinaris sacro, sive professioni Religionis.

4 Quid juris in nato ex parentibus legitime quidem conjunctis, sed quorum alter vel uterque obstructus sit voto? Resp. Possit, stante matrimonio, utrumque vel alterum conjugum non tantum simplex, sed & solemnè votum alterius consensu emittere, *can. Si vir xxvii. q. 2. & dictum sup. de conversi. conjug.* Ita ut uterque maneat privatus jure & petendi & exigendi debitum. Et quantum ad votum simplex etiam ab utroque emissum, non facit prolem postea natam illegitimam, quia per illud nequitiam tollitur vinculum matrimonii etiam non consummati. Quod & dicendum de eo, qui ordinatus est aut vovit solemniter, invita uxore, secundum dicta sup. *De conversi. conjug.*

De nato ex ordinato vel professo pœne alterius permisso, vel etiam ex utroque professo solemniter, major est quaestio. Et aliud; per Ordinem non tolli vinculum matrimonii etiam non consummati, ut dicitur, & probatum, ut nec per professionem vinculum consummati. Ut tales nihilominus maneat veri conjuges, & ex eorundem copulationa proles sit censenda legitima, per *d. 1. de his qui sunt sui vel al. saltem quoad professionem qua nullibi à jure privatur taliter conceptus tanquam conceptus ex veris conjugibus, cum non sit inducenda professio, quæ est pœna sine textu, licet videri dicendum, quantum ad integritatem, per *c. Litteras sup. de filii presby. licet subsistat matrimonium, cuius non potest dici dissolutum, sacrosanctam copulam facit votum solemnè. Ut non sit habendus taliter conceptus legitimus, atque ideo non admittendus ad Ordinem, quidem culpa sua, sed culpa parentum nocet liberis, ut patet per text. in *c. si, verò sup. de clan. despons. & ita tradit sup. de fil. presby. num 8. vers. Quid si profecutus Goffred. Colligitur id ipsum etiam ex *d. c. Litteras De fil. Presby. ubi Pontifex super taliter progenito, respondet. Si non liter dignus inventus fuerit, permittitur ordinari.* Quibus verbis non tam dicitur nem contineri, quam dispensationem præcedentia, *Verum licet à filii parentum continentia modis omnibus propellenda, quæ præsupponunt ex incontinentia partum natum, & proinde illegitimum, quoad Ecclesiam. Nec facit, quod sit caritatem, puniri eum, qui non deliquit, ut ait S. Th. non est pœna, ut non legi careat ijs, quæ sunt legitimum, Sacrosanct. Interpp. c. 5. in fine.****

Fit autem in *d. c. Litteras* mentio taliter filii presbyteri, ut dubitari possit. An taliter cum habeat in nato ex initiato inter non Ordine sacro, aut ex Religioso? Respondendum in eo causam esse, quod, cum agitur de inhabilitate, non sit textus extendendus cum argumentum à simili non obicitur pœnalibus & odiosis Verum dicitur de hoc esse iudicium; non ex argumentis

milli, sed ex formali ratione prohibitionis, quæ non fundatur in sacerdotio, sed in solemnî voto continentiaratione, cuius in foro externo propria uxor non reputatur talis quo ad debitum reddendum, ut patet ex *can. ministri dist. 81* ubi talis dicitur invadere cubicæ suæ uxoris, quasi non suum, utpote quoad debitum sequestratum, *can. Episcopus dist. 77*.

Ante consummationem ex dimissa per ingressum conjugis concepta proles est omnino illegitima, quod propter dissolutum matrimonii vinculum, secundum dicta superius *add. tit. de convers. conjug.*

7 Connumetantur & iustus liberis nati ex iis nuptiis, quæ iustæ purabantur, quibus tamen suberat impedimentum dirimens, *c. 2. & cap. pervenit 11. h. tit.* latens vel utrumque conjugem, vel alterum tantum. Hoc enim meretur ignorantia non solum utriusque sed & alterius tantum, in favorem prolis, ut habeatur prior alterius malitia, *c. pen. h. t.* Si tamen publicè in facie Ecclesiæ fuerint contractæ nuptiæ, præmissis denuntiationibus requisitis, non tantum per Conc. Trid. sed & per jus vetus *d. c. 2. & 11.* Aliàs ignorantia parentum videretur ad effectum per clandestinam conjunctionem & nullam proli daret subsidium, *cap. pen. s. si quis sup. de clandest. despons.* Præsumitur enim contumax esse, qui clam agit, non etiam qui palam, *l. fin. D. de visu nupt. Me. och. Arbitr. 2. casu 244. ubi plura super ea re congesti.* Quod & hodie obtinebit, si omnis denuntiationibus iniusta nuptiæ contrahantur coram Parocho & testibus, cum non videantur partes iuste ignorare impedimentum, quod quod minus sciverint per eos sterit.

8 Nati itaque extra iustas nuptias sunt illegitimi, nec in potestate ejus, ex quo concepti neque ad ejus hereditatem admittuntur, *cap. Referente 10. hoc. t.* Alendi tamen sunt ex substantia parentum etiam concepti ex damnata copula, secundum jus Canonicum, quæ de re actum *sup. Tit. 7. de eo qui ducit in ux. quam per adult.*

9 Sunt præterea illegitimi inhabiles ad Ordines, beneficia, officia Ecclesiastica, uti dictum *sup. tit. de filiis presby.*

10 Quæ ita procedunt, nisi fuerint legitimi. Legitimatio est legis actio, quæ illi tantum, qui iustæ nuptiæ, efficiuntur suo patri legitimi.

mi. Ejus variæ sunt species, ut videre est ex dictis ad *tit. D. de concub. C. de natural lib. & l. tit. De nupt. in fine*; ex quibus duæ tantum hoc jure cognitæ sunt, & hodie frequentantur.

Prima est per subsequens matrimonium cum ea, ex qua proles nata aut concepta. Quod ita placuit, in favorem prolis, ad diluendam prioris conjunctionis maculam. Obiit hic modus jure civili in ea tantum prole, quæ concepta ex concubina, unica & legitima, domi detenta, ut patet ex *l. Divi. Cod. De natur. lib. & aliis locis.* Quod videtur Justinianus traxisse ad omnem mulierem, cum qua fuit consuetudo, si cum ea matrimonium non sit legibus interdictum, *l. cum quis 10. C. d. tit.* De jure verè Canonico, quo concubinitus propter peccati continuationem est reprobatus, certum est, natos etiam ex non concubina legitimi per matrimonium subsequens *cap. Tanta h. t.* quod se fundat in eo, quod illa, cum qua conjunctio fuit, potuerit esse uxor, *Cov. hic p. 2. c. 8. s. 4. n. 4. & seqq.*

12 Q. An hæc legitimatio procedat liberis in vitis? R. Posse videri non procedere, per *Novel. Quib. modis natur. offic. sui 89 s. generaliter*, ubi desideratur consensus liberorum, & facit *l. fin. D. de his qui sunt sui vel al. juris*, ubi emancipatus in vitus non redigitur in patriam potestatem. Verius tamen hac in specie non desiderari ad sensum liberorum, cum legitimandi vis attribuat matrimonio, & legitimatio, tamquam effectus necessarius, subsequatur, ut eam impedire nec possit filius, nec pater; cum pacta privatorum non impediant juris communis dispositionem, *lib. nemo potest D. De leg. 1.* Quo modo protestatio patris nolentis filios ante conceptos legitimi, non venit attendenda, *Covarr. d. cap. 8. s. 2. numer. 15.*

13 Ad effectum legitimacionis hujus consequendum requiritur Primò, matrimonium sit legitime initum, hodie coram Parocho & testibus, *sup. Tit. 3.* nullo obstante impedimento licet ignorato. Nam requirunt supra dicta loca matrimonium, quod nullum esse facit impedimentum etiam latens; neque enim partium credulitas hac in re quidquam operatur, neque facit minus incestuosam copulam ante habitam, An verò matrimonium sit immediate

diatum

diatum, inter quod aliud non intercessit, an mediatum, quando scilicet aliud intercessit, non refert, cum matrimonio detur hic effectus; quod etiam subsistit, licet aliud præcesserit, uti dictum ad tit. D. de concub. n. 11.

14 Queritur autem, An hæc vis ad sit matrimonium contracto in articulo mortis? Resp. Ad esse, cum & tunc temporis rectè contrahatur, & sit verè matrimonium. Facit arg. cap. sicut inf. De R. l. ubi etiam vortum in extremo vitæ rectè emittitur. Facit & quoddam copula non sit de matrimonii essentia, sed sufficiat generandi potentia, quæ & tunc adest, licet per extrinsecum morbi impedimentum ejus usus sit suspensus. Quomodo rectè & tã i matrimonio eam dant vim, quod faciat cessare substitutionem & fideicommissum sub conditione, si sine liberis: cum enim matrimonium teneat, non est, cur ejus effectus impediatur. Non obstat l. Titio st. D. de usufr. ubi non potest incipere actus ab eo tempore quo finitur; hoc enim verum est, quando in id tempus actus confertur, l. Iulianus 20 D. de jure dor. Quod & hic obtineret, si ita matrimonium iniretur, *Contraho tecum, quando moriar*, quia non habet eventum utilem. Aliud, si simpliciter tempore mortis actus celebretur. Simili modo morienti rectè datur libertas, l. unica §. sed scimus C. de Lat. libert. sollen. Covart. d. §. 2. num. 1. Gomez ad L. 9. Taurini n. 56.

15 Q. II. An & per matrimonium clandestinum proles ante concepta legitimetur? Resp. Aut matrimonium est invalidum, aut validum; illo casu extra dubium esse, nihil proli conceptæ accedere, cum quod nullum est, nihil operetur; esse autem dubium in casu, quo est validum. Dicendum tamen, prolem legitimari, ex eo, quod vis legitimandi prolem ante conceptam sit attributa matrimonio, ut eo tamquam causa sufficiente posito, sequatur & ejus effectus, cum non detur textus, effectum hujusmodi restringens ad matrimonium in facie Ecclesiæ contractum Sanchez 3. Disp. 44. n. 2.

16 Secundò desideratur, secundum aliquos, interveiant dotalia instrumenta, propterea quod eorum lex civilis passim meminerit. Ubi tamen rectius dicatur, nec jure Canonico ea desiderari, quo tantum requiruntur nuptiæ, quas solus

consensus facit, nec jure civili, cum beatissimum hoc non tam detur instrumentis, aut detur, qua etiam constat matrimonium, quæ per conjunctionem, ut dictum ad d. tit. D. de matrimonio n. 15. Nec facit, quod leges passim mentionem faciant dotalium instrumentorum hæc materia, hoc enim non alia de causa, quæ certioran ou: tiarum probatorem, per alia firmandum liberorum statum quod dicitur conjugibus, ut patet ex Nov. Quod, mod. n. eff. leg. 74. §. illud quoque. Doan. 2. C. de c. 21. in fine.

18 Tertio, Ut proles ex iis sit concepta, quos pot. esse matrimonium, ut patet, quantur & requirunt textus. Dedit etiam subsequenti matrimonio vim purgantem lam contractam per priorem copulam turpem.

Unde quarti posset, An illa parentilitas adesse debeatur tempore copulæ, ut sufficiat, ad sit tempore nate proli, ut patet, si cognovit uxorem Marii, quæ etiam ex Titio pareret, decessit Marius, ut patet, necur proles postea nata per matrimonium cum Titio? Resp. Plerisque hoc non resolvitur in partem proli favorabilioris, licet illam legitimari per matrimonium sequens. Pro quibus facit lib. Nuper Col. iural. lib. ubi non conceptionis, sed tempus inspiciendum, si hoc proli statum liberorum. Idem habet lib. quæ D. de statu hom. §. Novus Quis, mod. n. sui §. reliqui vers. in super. Quam oportet ut communem post alios sequitur Covart. p. 2. c. 8. §. 2. num. 2. & Fachia i. contra. d. ch. 2. 8. disp. 7. num. 19. Verum contractus legis est probabilis & rationi juris conformis, quæ & securior est. Quo facit l. tu hom. in qua concepto ex conjunctione patre ignorante, atque ita tempore non prodest, quod in oruo avo, nate tempore habili. Habet ea sententia fundamentum in c. Tanta h. i. in re. l. tem vir, vivente uxore, aliam cognoverit, ea prolem susceperit, licet post mortem uxoris eam duxerit, nihilominus spurcius erit filius, textus non narivatem incipit, sed conceptionem, ex ratione, quod narivitas post

lineat culpam, sed ipsa copula sic turpis & dam-
nabilis, quam non purgat natiuitas: ut parum
referat, impedimentum sit sublatum tempore
natiuitatis. Nec etiam copula ullatenus coho-
nesteat subsequens matrimonium, quod non fa-
ciat copula ante habitam turpitudinem minus legi-
bus esse damnatam, & ex ea conceptam pro-
lem minus spuriam. Quod facit dispositio iuris
civilis, quae naturalium liberorum nomine dig-
natur eos tantum, qui ex ea muliere nati, quae
tempore copulae nubere & uxor legitima esse
poterat. *Nov. de incest. nupt. 12. §. dubitatum.*

18 Nihil facit pro prior sententia d. l. qui in u-
tero, quae in favorabilibus vult inspiciendum
esse tempus vel conceptionem vel partus, quod
parui est utilius; quia loquitur de qualitate
libertatis. Nam variabilis cum sit matris
status, recte tempus illud inspicitur, quod
parui utilius. Aliud est in qualitate, quae
oritur ex delicto coitus; quo in casu ridicu-
lum est considerare natiuitatis tempus, cum
regula iuris sit, quod qualitas ex antecedenti,
non ex necessario consequenti consideretur,
& delictum semel perfectum variationem non
recipiat, etiam per poenitentiam, *Qui ea mente*
D. de Furtis. Non obstat etiam d. l. *Nuper* & d.
§. reliqui; nam istos textus loqui tantum de
qualitate, quae causatur ex instrumentis do-
talibus ante vel post conceptionem confectis
ex ipsis verbis dignoscitur, & post eam praemissam
subjungitur decisio, quod sit inspiciendum
tempus prolicommodius. Ut ea neu-
quam sit dicenda respicere qualitatem dam-
natam conjunctionis: quia ridiculum foret di-
cere, natum ex adulterio ideo non esse adu-
terinum, quod mortuo marito sit natus, cum se-
cundum l. 1. *D. de poenis* tempus commissi in-
spiciatur in delictis, & secundum illud poena in-
feratur. Hanc sententiam multis probat, con-
trariam omnino improbas, Franc. Sarmient.
Señt. Interp. 1. c. 5. num. 10. D. Wamel *hic*
Conf. 544. §. seq. num. 4. & inclinatur in eandem
Suarez. *De cens. disp. 10. sect. 1. num. 3.* addens
Covarr. postea motum rationibus Sarmienti
notasse, & rem dubiam atque indecisam reli-
quisse.

19 E contra quaeritur, An, si tempore conce-
ptionis non fuerit impedimentum, ponatur
tempore natiuitatis videlicet per matrimoni-

um utriusque cum altero? Resp. Hoc non ob-
stitutum, quo minus ablato postea impedi-
mento, matrimonium rite contrahatur inter
eos, atque ita proles legitimetur, cum in d. c.
Tanta excipiatur solum casus, quo copula fuit
damnata legibus, quae in casu proposito non
est talis nec pro tali potest haberi, propter su-
perueniens impedimentum, quod nequam
potest dici adficere copulam, & per eam con-
ceptum foetum; cum secundum dicta, qualitas
ex antecedenti, non ex necessario conse-
quenti consideretur, neque casus subsequens
trahatur retrò. Quo modo recte dictum supe-
rius, delicta considerari secundum tempus, quo
committuntur, Covarr. d. §. 2. n. 18. Suarez d.
sect. 1. n. 4.

De eo etiam quaeritur, An ex copula adu-
terina aut incestuosa ignoranter habita concep-
tus per subsequens matrimonium legitimetur
Resp. Hoc aliquos velle, quos citat Covarr. d. §.
2. nu. 19, ipse contrariam partem magis pro-
bens, quae & probabilior est; cum incestum aut
adulterium committens, etiam sit extra culpam
incestus, si tamen in vitio, quod clam agendo
fovit. Facit text. in c. *ex tenore h. 1.* ubi matri-
monium incestuosum clandestine contractum
non solvat ignorantia parentum; cum opinio
in illicitis non excuset, maxime procurata ig-
norantia, qualis haec habetur. Imò indubita-
tam istam facere videtur d. c. *Tanta*, quod habet
conceptum à viro, uxore eius vivente, ex alia
muliere esse spurium, nulla facta distinctione,
an mulier sciverit vel ignorarit viri istius
statum. Sarmient. d. lib. 1. c. 6. n. 2. Suarez d.
sect. 1. num. 5.

Quid iuris in concepto ex beneficiato aut
Novitio? Resp. Sarmient. d. lib. 1. c. 5. num. 9.
negare talem legitimum, quia non sit natura-
lis; ex eo quod licet inter eos, ex quibus con-
ceptus, matrimonium esse potuerit tempore
copulae, & solvi vinculum, non tamen fuerit
solutum. Verum contrariam opinionem ve-
riorem esse, talem legitimum per subsequens
matrimonium, cum non possit videri natus
ex damnato complexu. Joan. Andr. *ad Reg.*
sine culpa num. 4. §. seqq. De R. I. in 6. Nec be-
neficiatum vel Novitium implicet matrimo-
nio conjugii, utpote qui nullo iure ad hoc
reddantur inhabiles: ut subsequenti matri-

monio inter eos, qui copulam habuerunt, legitimeur nata inde proles. Covarr. d. §. 2. n. 5. Idem dicendum de concepto ex sponsa aliena, quod matrimonium cum ea initum pet tertium teneat, & copula cum eadem habita dici nequeat damnata. Sarmient. d. c. 5. num. 7. & 8. Neque enim rectè sentiunt, qui adterunt, adulterium committi cum sponsa aliena, qua de re inferius ad tit. de adult. agetur.

22. Est & quæstio, An matrimonium reputatum legitimum bona fide, operetur hac in materia eundem effectum, quem verum? R. Conceptus ex matrimonio putativo, ignorato impedimento, sive per utrumque sive per alterutrum conjunctorum, haberi pro legitimis, ratione ignorantia, etiam alterius tantum receptum in c. ex tenore pen. h. t. & dictum sup. eod. in princ. ideoque aliquos attribuire & hunc effectum tali matrimonio, quoad antenatos; ex eo, quod titulus putativus in jure sæpe operetur effectus veri tituli, & quod tale matrimonium retrotrahatur. Contrariam tamen sententiam esse viderem, cum effectus legitimisationis à Canone sit attributus tantum vero matrimonio; de eo enim intelligendum d. c. Tanta [quia regulariter verba sunt intelligenda simpliciter, non etiam secundum quid] non de putativo, quod secundum quid tantum est matrimonium, non etiam proprium. Alias non tam matrimonio; quam bonæ fidei attribueretur ista legitimisationis vis.

Non obstat, quod titulus putativus eisdem serè producat effectus, quos verus, secundum d. c. ex tenore: nam hoc verum est, quando agitur de iis producendis tractu successivo tempore supp'ente defectus, ut videre est in usucapionibus. Secus est, si effectus sit momentaneus, nullo alio colore associatus, ut in casu proposito. Et sic in casu d. c. ex tenore cum putativo titulo concurret aliud, scilicet procreatio liberorum extra noxam, propter bonam fidem, quæ non potest extendi ad eos, qui in peccato sunt concepti, cum ut nihil est quod agentes salvet, ita nec quod taliter conceptos, nisi subsequatur actus verus, cui per legem iste effectus attribuitur, quale est verum matrimonium, d. c.

Tanta. Ita Sarmient. i. Select. Intro. c. 6. n. 7. Postremò quæritur, An per matrimonium avi contingat legitimatio nepotis ex naturali præmortuo? R. Idelle acquiritur matrimonii favorem, per quod dicitur macula præcedens: quod non est, si legitimus ex filio naturali non fuerit. Facit, quod jus filii transeat in adoptivum D. de gradib. & ad fin. ubi adoptivum locum filii videtur fuisse frater defuncti naturalis ipsius adoptantis: & quod in adoptio in locum nepotis tanquam quem habuit, aut etiam nunquam habuit. Insistit de adoptionib. Ut non obstat quod de extremis inhabilibus, ob defectum dii; quia sufficit extrema habita etiam rem & causam, de qua præcipua est legitimatio, Alciat. De præsumpt. l. 10. Covarr. d. §. 2. n. 24. & seqq. Comar. Tauri n. 6.

Cæterum quod ad effectum legitimisationis attinet, is in primis hoc operatur quod habilem efficiat ad succedendum tantum in ea, quæ jure communem detinet, sed etiam lege speciali municipalium aut legitimæ nativæ competunt, cujusmodi primogenitura, feuda, emphyteusis, libertas. Præterea ad obtinenda officia utriusque fori, sive civilia sive ecclesiastica, ut in nullo legitime taliter differantur, me ab initio natis. Retrotrahitur quoque legitimatio ad tempus natiuitatis, quæ legitio copula fuisse legitima, Covarr. d. §. 1. & seqq.

28. Altera legitimisationis species est legitimum Principis quo inhabiles per legitimationem, & illegitimè nati habentur legitimi essent, eorumque jura conservantur. Permissum hoc cuilibet Principi quoad subditos, quantum ad secularia munera & beneficia successione sique. Idem jus est in Rom. quoad omnes Christianos, quoad sunt ejus subditi; cujus tamen legitimatio non procedit nisi quoad Ordines, & beneficia Ecclesiastica, c. per venerabilem h. t. Habet enim in spiritualibus plenam potestatem circa omnes Christianos etiam in casu, quo proles nata ex copula, cum sit supra jus, ut quod hinc dicitur

tum concedere possit restituendo. Quoad successionem & civilia munia non prodest Pontificis legitimitas, ne turbet Judicis laici jurisdictionem. Nisi tamen & ipse potestatem temporalem habeat circa personam, aut aliquis non habens superiorem se carens eidem subiciat, aut ita postulet Reipubl. necessitas, e. *Novit. sub. de judic.*

27 Ut autem legitimitas hæc effectum habeat, requiritur Primò, Consensus liberorum, d. *Nov. 89. §. generaliter.* Nam ut iis invitis non solvitur patria potestas, ita nec inviri eidem subiciuntur, ne iure suo priventur: Ubi tamen sufficit consensus tacitus, qui colligitur ex silentio. Quo modo & infans rectè videtur legitimari quod ejus consensus ut in emancipando non requiritur, ita nec in legitimando sequi videatur, quatenus tamen major factus rem ratam habet.

27 Secundò, Parens nullos alios liberos habeat *Nov. Quid. modi natur. effie. legit. 74. §. si quis sane & §. liceat, & d. Nov. 89. §. si igitur,* ex ratione, ne iustis liberis bonorum quid auferatur. Non impeditur tamen Princeps, etiam liberis iustis existentibus, legitimorum jura attribuere naturalibus, cum ex causa alicuius summi auferre posse Principem juris sit notissimi, quis legitimam relinquendo salvam iustis liberis, satisfecit legi. Quod ipsum ut potest per matrimonium, quidam & per Principem? In dubio tamen hoc non præsumitur voluisse Princeps, cum beneficia Principalia interpretemur, ut quàm minimum juri publico aut juri alterius detrahant. *Felin. in c. cum olim nu. 16 de sen. & re judic.*

28 Tertiò, Patris requiritur voluntas eos Principi offerentis, d. *Nov. 89. §. si verò is, & §. si verò solummodo.* etiam per ultimum elogium hoc petentis. Quamvis non impediatur Princeps ad liberorum ipsorum petitionem eos legitimos pronuntiare, si morum probitas & iudicia ita exigat, quæ in talibus non raro magis elucet, quam in legitime natis. Non erit tamen illius ullus effectus quoad successionem, & alia jura aliis quaesita, ne Principale beneficium aliis obsit, nisi publica aliud suadeat causa. Imò moris est, inferi legitimationibus per S. Pont. aut Principem clausulam, ut succedant patri, matri, & aliis, ita

demum, si proximi ex cognatione consenserint, sine præjudicio venientium ab intestato, quàm inferi debere testatur *Felin. d. loco num. 17.*

Ubi dubitatur, An ejusmodi clausula referenda sit ad consensum eorum, qui sunt successuri, an verò ejus cui succeditur? R. Non videri fundatam illorum opinionem, qui ista clausula designari successuros volunt, etiam collaterales, nam ea opinione admittitur nullius momenti clausula foret, quippe cujus numquam esset usus, cum verosimile non sit, alios ab intestato venientes unquam consensuros, ut legitimatus partem faciat: unde alii eam ad descendentes ex corpore testatoris restringunt. Rectius ad consensum eorum restringitur, quibus legitimatus intendit succedere, cui est liberum de bonis disponere, & vocare hæredem, quem vult, etiam legitimatum, sine præjudicio aliorum agnatorum venientium ab intestato, ut qui spem successionis quidem habeant, nondum vero jus aliquod, quod pædet ex arbitrio possessoris: ut & eorum consensus in legitimatione non requiri sit verius.

Legitimandi hæc licentia competit tantum iis Principibus, qui superiorem non agnoscunt. Inferiores tamen aliqui hanc facultatem sibi adrogant; non tam jure suo, quàm ex commissione Principis. Qua via eam auctoritatem usurpant Comites, quos Palatinos vocant.

Unum superest quaerendum, An rectè fiat extra territorium legitimantis? R. Nihil vitii continere quoad subditum, cum sit voluntaria jurisdictionis, quæ alibi circa personam subditam rectè exercetur; non etiam circa rem, quæ sequitur jus loci. Quo modo uno in loco legitimatus non habetur alibi legitimus sive quoad successiones, sive quoad honores, cum extra territorium suum nemo jus dicat. Nihil ad hoc faciente patris testamento, ad cujus preces legitimatio facta, cum non possit invertere jus publicum loci. *Covarr. De matrim. p. 2. c. 8. §. num. 43. Vid. Socin. Conf. 47. numer. 39. vol. 4. Paris. Conf. 10. numer. 78. vol. 2. Angel. in. l. 1. C. De jure aureor. annull. Surd. Conf. 1. num. 75. contrarium adferentes.*

TITULUS XVIII.

Qui Matrimonium accusare possunt
aut contra illud testi-
ficari.

SUMMARIUM.

1. Ad matrimonii dissolutionem opus est auctoritate Ecclesie.
2. Protestatio alterius de non consentiendo in matrimonium an impediatur illud contrahi?
3. Quid si uterque confiteatur se consensisse fictè?
4. Consanguinitas objecta qualiter probanda.
5. An ad hoc sufficiat unus testis dictum.
6. Fama an probeat quoad effectum impediendū matrimonii.
7. Confessio impedimenti quoad utramque partem an sufficiat?
8. Ad dissolvendum matrimonium testes quos & quales requirantur.
9. Confessio partis utriusque an sufficiat eo casu?
10. An ob testimonium unius jurantis subesse impedimentum airimens, teneatur conjux abstinere à matrimonio?
11. Conscientia impedimenti an teneatur illud revelare?
12. Accusatio matrimonii qualiter fieri debeat.

Spectat sequens libri pars ad matrimonii dissolutionem, quod ut legitime initum dissolvi nequit, ita de facto potius quam de jure contractum merito dissolvitur. * Ne autem contingat temerè dissolvi, opus est auctoritate Ecclesie; præmissa diligenti inquisitione, per testes, aliaque indicia & circumstantias, c. 1. b. 1. per quas possit constare vel de facto alterius consensu; veluti si alter matrimonium protestetur, se neutiquam in illud consentire.

2. Quam in re disputatio est, An ejusmodi protestatio impediatur matrimonium subsequens? R. Ejus opinionis esse Joan. Andream in c. Tua nos 26. num. 13. sup. de sponsal. quasi sufficeret ad dissensum indicandum ista protestatio. Cujus opinio ut posset procedere in casu, quo coram parte sciente & conscientie protestatio est emissā, quod videatur juri suo cedere, & nollet contrahere, cum desit consensus, non

etiam procederet in casu, quo clam ab altera parte emissā, quia non potest præsumere quod nec prodesse protestanti, qui facies debet protestationi contrarium videri debeat cedere, ut rectè tradit Jalon in l. Non solum morte num. 14. vers. Secunda conclusio de op. nuntiari. & facit text. in l. cum in plura loca or. D. Locati, Protestatio enim contraria nihil operatur. Navarr. De Imped. Comment. 3. num. 14. Quod accepto, etiam si subjuncta, veluti metus iustus, tunc protestationem justam, & operantem. Navarr. in Summa c. 22. num. 76. In causa probetur; neque enim est cogendum, si probari nequeat. Nam alia pro facto contraria nihil operatur: metus non debeat esse in cujuslibet arbitrio, sed impedire quemlibet, præcipue matrem, non sine scandalo & contemptu. Quæ ita procedunt, nisi contra iura fuerit, quæ facit à protestatione videri, non tantum in primo casu, ut patet in l. tuas sup. de condi. appo. verum & in Covarr. hic p. 2. c. 2. n. 3. Sanchez. 2. disp. 1. Deserviunt autem ista tantum in foro nam quoad forum internum, debent esse consensu matrimonium esse nequam. Navarr. loco n. 76. Sanchez. d. q. 2. in fine.

Quæritur item, An sufficiat ad dissolutionem si uterque contrahentium confiteatur se consensisse fictè? Resp. Hoc posse videri, si subsit collusionis metus aut præsumptio non præsumatur uterque temerè contracti. Nec facit, quod, ut mox dicitur, impedimentum dirimens non probetur confessionem utriusque partis: nam illud probari potest: hic alia via deest, conprobatur saltem, nisi fortè adhibeantur circumstantiæ quæ sæpè incertæ. Sanchez. 2. Disp. 4. n. 15. Et hæc ita procedunt, nisi copulata venerit, quæ faceret plerisque circumstantiis inefficaces. Navarr. in Summa cap. 22. num. 1. seqq.

Si objiciatur consanguinitas, aut alia causa, ut accusatores & testes, quales in hac materia proximi potius, quam extranei, ut pater, frater, soror, & alii, e. significantes. de l. super sup. de testib. quod illis consanguinitas sit notior. Videndum tamen

& hi sint corrupti, ob quæstum aut aliud vitium accusantes, aut contra matrimonium deponentes, c. 1. *Et d. c. s. h. t.*

5 Ubi quaesitum, An admittatur dictum unius testis? R. Si agatur de contractu matrimonii impediendo; unum testem integræ estimationis, adferentem se certè impedimentum scire, sufficere, *d. c. super Et c. prateron 12. sup. de sponsal.* Cujus ratio est, quod agatur de peccato vitando, ne impediti contra Canones conjugantur. Abbas ad d. c. 12. in fine Covar. hic p. 2. c. 6. §. 10. num. 22. Sanch. 1. Disp. 71. num. 1. & 8.

6 Q. II. An & fama contrahi matrimonium impediatur? Resp. Ita videri, si publica fuerit, per text. in c. 2. *sup. de consang.* Privata licet minus probeat, inducet tamen Judicem ad inquirendum super impedimento, Covar. d. loco, Sanch. d. disp. 71. n. 13. *Et seqq.*

7 Q. III. An confessio impedimenti per utramque partem sufficiat? Resp. Ante contractum matrimonium sufficere, cum per eam uterque explicet resiliendi à sponsalibus voluntatem, uti potest. Alterius confessioni non idem concedendum, cum tendat in præjudicium alterius. Nisi tamen stet pro matrimonio, & velit illud compleri ab altero recusante; tunc enim quasi mutuus consensus concurret ad impediendum matrimonium. Ubi tamen cautè advertendum, ne forte is, qui pro matrimonio stare videtur, simulatè agat. Si confessus impedimentum stet contra matrimonium, nulla ei fides habenda, quod videatur in sua causa testari, XIV. q. 2. *in princ.*

8 Ad dissolvendum matrimonium duo testes juri omni exceptione majores desidentur, c. 1. *sup. tit. 14. de consang. c. super eo 22. sup. de testib.* quia agitur de magno partis præjudicio; & facilius quid impeditur fieri, quam factum resolvatur. Covar. hic p. 2. c. 8. §. 12. n. 7. *Et 8.* Sanch. 2. disp. 45. qu. 4. num. 30. Fama hic non sufficere, cum plene non probeat, c. 5. *sup. tit. 13. de eo qui cog. consang.*

9 Q. An hoc casu sufficiat confessio utriusque partis? R. Si coverta matrimonium agatur, non sufficere; est enim in propria causa, ut non procedat etiam accedente fama, *d. c. s.* Si tamen pateat, utrumque velle matrimonium valere, & nihilominus impedimentum dirimens con-

fiteatur, concurrente fama, vel tertio accusante, videtur sufficere ista confessio ad dissolutionem, *can. si duo XXXV. q. 6. Abbas ad d. cap. 5. num. 6. Et 7. Menoch. 2. Arbitr. casu 103. n. 9. Et 10. Sanchez 2. disp. 45. q. 4. num. 33.* Quod & tractum ad confessionem alterius tantum, stantis scilicet pro matrimonio. Menoch. d. n. 10. cum non sit verosimile quempiam falsum contra se deponere, *arg. l. fin. C. Arbitr. tutela.* Confessioque alterius stantis pro matrimonio videtur esse loco legitimi testis, atque semiplenam probationem ponere, quam fama vel tertius plenam facit. Quod quidem est probabile, si judici appareat ejusmodi confessio esse extra dolum & simulationem, & cessare partium collusionem. Menoch. d. n. 9. Videntur conjuges pro matrimonio stare, si contra eum, qui detegit impedimentum, matrimonium defendant, non etiam si ipsi impedimentum deferant. Quando agitur de separatione quoad thorum, statur confessioni alterius contra se, *c. ex literis inf. tit. seq. veluti si quis fateatur adulterium; quæ confessio tantum facit præjudicium consentienti quoad debiti executionem, & thori separationem, non etiam nocet alteri.*

10 Dubitatur, An per testimonium unius jurantis, subesse impedimentum dirimens, conjux ab exercitio matrimonii abstinere debeat? Resp. Non videri, cum dictum unius non inducat necessitatem credendi; duo enim passim requiruntur testes, *cap. cum à nobis sup. de testib.* Quia tamen dubium oritur ex dicto unius fide digni, adhibenda diligentia, ne alias videatur adfectata ignorantia, quæ debiti executionem redderet peccato obnoxiam. Si debita diligentia adhibita, veritas haberi nequeat, poterit conjux, de posita conscientia dubia, jure suo uti. Navarr. in Summa c. 22. nu. 82. Sanchez d. disp. 45. q. 3. quia non est quod imputetur ei, qui omnem diligentiam adhibuit ad detectionem impedimenti, nec potuit adsequi.

11 Ubi quaeri potest. An conscius impedimenti teneatur id revelare? Resp. Omnino, quia agitur de peccato proximi, & damno futuro, quod, quantum in se est, quisque tenetur impedire; quatenus potest sine suo incommodo, & res est certa, ne temerè aliis infamiam procuret. Si Pastor tantum sit conscius, im-



impedimenti, ejus est monere partes desistant, & deinde Episcopo rem de nuotiari. Si solus o-
verit Episcopus, monebit quidem partes, sed
impedire invitos non poterit, cum non possit
simul agere judicem & testem; poterit tamen
rem indicare Archiepiscopo.

12. Cæterum & accusatio & testimonia perso-
naliter fieri & profertur debent, *c. 2. h. t.* etiam
citra litis contestationem, si agatur de con-
sanguinitate, *cap. 1. sup. Ut lise non contest.* iura
tempus denuntiationum, quæ in Ecclesia fi-
unt. Postea comparens non auditur, nisi ac-
cusate volens probaverit ante sibi de matri-
monio contrahendo non constituisse, aut prop-
ter absentiam, aliudve impedimentum, pro-
ponere eam non potuisse, *cap. fin. hoc tit.*
Hinc ipsi conjuges non faciliè admittuntur ad
proponendam querelam contra matrimo-
nium, sive ad probandum matrimonium inju-
stum, nisi notorium sit, quod adserunt, vel id
ipsum testibus idoneis comprobent, *c. 3. & 5.*
sup. tit. 13. Ut nec auditur illa, quæ metu se con-
traxisse adserit, postquam voluntariè sui cop-
iam fecerit; nam per id consensit in matrimo-
nium *c. 4. h. t.* Non est tamen ei ante copulam
deneganda audientia, *c. Consultationi 28. sup. de
sponsal.*

TITULUS XIX.

De Divortiiis.

SUMMARIUM.

1. Divortia lege Evangelii abrogata.
2. Ex causa adulterii non licet innocenti ad se-
cundas transire nuptias.
3. Cultus disparitas non dirimit matrimonium.
4. Fidelis conversi cum infideli matrimonium qua-
tenus teneat.
5. An in casu dissolutionis illud solvatur ipso ju-
re?
6. Infidelis postea conversus cogitur cum fideli
habere.
7. Plures uxores habens retinet primam.
8. Impotentia perpetua superveniens matrimo-
nio etiam necdum consummato id non di-
rimit.
9. An super eo dispenset S. Pontifex?

10. Dispensationis nomine quid veniat.
 11. Sponsa per vim cognita consummata ma-
rimonium quoad effectum dispensationis?
 12. An & per copulam præcedentem?
 13. Adulterium causat adulterium quoad
14. Proque adulterante sit compensatio
15. An & adulterante innocente possit
divortii?
 16. An viro diverti liceat ab uxore, cum
adulterandi deat per expulsiorem
mentorum denegationem?
 17. An si petenti debitum denegat conjugat?
 18. Adulterii nomine quid hic veniat.
 19. Divortium sit & ex aliis causis, ut
tatis anima & corporis.
 20. Item ex causa hæresis.
 21. Ex causa servitii & male tractationis.
 22. Causant & divortium inimicitia
23. An & furor alterius?
 24. An crimen mariti, ut furtum?
 25. Periculum anima causat quoque
26. Divortium ex diâis causis tantum
porale.
 27. An & ex causa hæresis?
 28. Separatio faciendâ auctoritate judicis.
- P**era a accusacione, & probandis
mento dirimente, faciendâ est
per declarationem nullitatis præcedentem
supervenienti, licet sit dirimens, nequiquam
men divortium causabit quoad vincum
quod semel rectè initum non potest
ceter tale sit quod debiti ex actionem
Non obstat, quod lege Mosaitica fuerit
divortium, *can. hac ratione XXXII.*
que ob duritiam cordis, ut accipit
Matt. 19. & Marc. 10. permissum jure
Cod. ac postea restrictum ad pauciores
per Nov. *Ut licent matri & avia 117. & 118.*
rd. & seg. Nam lege Evangelii, quæ
te se qui debemus, omnino est abrogatum
vortium, & matrimonium semel rectè
etum declaratum omnino indissolubile,
th. 19. Luca 16. can. quo Deus XXXIII. q. 2. & 3.
sup. de translat. Episc.
Quod omnino verum est in matrimonio
consummato, de quo intelligendum
quos Deus; nam non consummatum
posse dictum supra ad tit. de conort. conort.
nequidem causa adulterii excipitur, &

quod sententia hæretici hodierni illi quinti Evangelii buccinatores, ex causa scilicet adulterii ontano solvi matrimonium, & innocentium libere esse alias quætere nuptias: quod ipsum ex Catholicis quidam adferunt. Cajetan. in illud Matth. 19. *quicumque dimiserit*, &c. Erasmi. in *Annot. Epist. ad Corinth. c. 7.* ubi scriptum reliquit, & Ecclesiastica tantum constitutione, eaque prædura, innocenti nefas esse ad novas convolare nuptias, quam & idcirco abrogandam censet. Verum Conc. Trid. Sess. 24. can. 7. istam opinionem anathemate damnat, quod & ante responsum erat in *e. ex parte 9. sup. de sponsal. & matrim.* scilicet aut adulteram sibi reconciliat, aut dum vivit, cōtinere. Confirmatur ea sententia ex sacra Scriptura, Marci 10. & Lucæ 16. *Qui dimiserit uxorem, & aliam duxerit, mœchatur.* ad Corinth. 7. *Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere. quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & ad Rom. 7. Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi. Vi venit viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro.* Nec facit quidquam pro istis tenebriosis exceptionibus contenta, Matth. 19. ubi Christus: *Quicumque inquit, dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur:* nam peccata illi exceptionem hanc, nisi ob fornicationem, attribuit subsequentibus verbis, *& aliam duxerit*, quasi eo casu alia duci possit citra adulterium, cum exceptio præcedat ista verba, & subjungatur verbis, *qui dimiserit uxorem.* Nam quod dicit Salvator, *mœchatur*, hunc habet sensum, facit eum mœcham occasionaliter, eò quòd det occasionem per dimissionem, nisi eum excuset fornicatio mulieris; cum intentio Salvatoris ibi sit ostendere casum, quo ea, quæ habetur, dimitti possit sine peccato, ex eo scilicet, quòd fidem non frivaverit. Cum enim antè dixisset, non esse dimitendam uxorem, ne detur ei occasio fornicandi, subjungit exceptionem, qua salvat dimissionem uxoris fornicariæ, eò quod per dimissionem non tam detur occasio fornicandi, quam ab ea potius sit arrepta: alias frustra prædicta exceptio subjungeretur verbis, *si quis dimiserit uxorem, si non ea tantum verum & subsequentia verba, & aliam duxerit, limitaret;* quibus proinde subjungenda fuisset, *secundum naturam exceptionis, quæ præcedentia*

limitare solet, non etiam sequentia. Facit pro hoc sensu, quod habetur *Matth. c. 5.* ubi ait Salvator, *Omni, qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœcham.* Ut exceptio tantum salvet dimissionem, non etiam matrimonium cum alia inquit, *Quòd facit, quòd Marci 10. & Lucæ 16.* Salvator simpliciter adferat, eum, qui dimittit uxorem suam & aliam ducit, mœcham, ommissa exceptione. Estque hic sensus legitimus S. Scripturæ, eumque indicat totus contextus præcedens, in quo ipse Salvator dicit duos esse in carne una, nec separandos esse: libellum autem repudii tantum esse permissum Judæis, propter duritiam cordis eorum; ab initio autem sic non fuisse. Vid. latius Bellarm. *tom. 2. Contr. de matrim. c. 15. & 16.* Franc. Turtian. *pro Epist. Decret. Pont. lib. 5. c. 10. & 11.* Et ita habet Orthodoxorum consonans sententia; sibi applaudant licet hæretici in suo sensu impudicitia pleno, tripudientque in eo ipsi errantes, atque aliis errandi occasionem præbentes. Adde, si per fornicationem vinculum matrimonii solveretur, infinitis repudiis & fraudibus quibus conjuges se mutuo ad fornicandum inducerent, viam apertam fore. Sanch. 10. *disp. 2. n. 2.* Frustrà objicitur *can. concubusisti xxxii. q. 7.* quia non est accipendus, quasi adulterio superflite, liceat innocenti ad secundam transire nuptias, sed tantum eo demum mortuo, ut aperte insinuatur in *can. Hi reserò ead. q. 7.* qui neutri, altero vivo permittit novas nuptias, innocenti verò non aliàs, quàm altero defuncto. Ut quod habet *can. uxor xxxii. q. 7.* licet viro, qui peccavit, aliam ducere, si subreptitium, ut etiam ibi notatur, istud à fallatoribus, esse insertum. Et facit, quod crimen viri non sit levius, quam mulieris; atque aliam esse mentem D. Ambrosii, cui *d. can. uxor* adscribitur, patet ex *can. nemo xxxii. q. 4.* (qui est eisdem D. Ambrosii) ubi requirit parem in utroque conjugis castitatem; unde & utriusque fidem violantis par erit poena.

Cultus disparitatem, propter infidelitatem; apostasiam à fide, vel hæresin alterius supervenientem, minimè derimere matrimonium, patet ex dictis supra, *ad tit. de con. vers. infidel.* * Infidelium, inter quos matrimonium esse ratum, dictum *ibid.* altero ad fidem converso, altero in paganismo permanente, separationem

tionem vetuit Ecclesia; ut per conversionē unius & alter salvari possit; cum contingat sanctificari vitum infidelem per mulierem fidelem, & e contra, secundum Apost. 1 ad Corinth. 7. quatenus tamen non subest impedimentum juris naturæ, quod non potest relaxare in infidelibus Pont. ut relaxavit impedimentum à Canonibus inductum, propter quod separari illos noluit, c. *Gaudemus* s. h. r. idque ne per spoliationem conjugis alter tetrabatur à conversione. N si tamen infidelis discedat, aut fidelis non possit cum eo permanere sine blasphem. Creatoris, aut peccato, ad quod petrahi possit: tunc enim relinquere eum poterit, cum non sit subiectus servituti in huiusmodi, ut ait Apost. d. l. potestque fidelis novas inire nuptias; ubi tamen non est spes proxima conversionis alterius, d. c. *Gaudemus* s. h. r. *Quanto* 7. h. r. Latet Sanchez 7. disp. 74. n. 4.

5 Q. An istis casibus solvatur matrimonium ipso jure? Resp. Non videri, sed demum novis nuptiis initis per eum, qui dimisit conjugem. Quod facile patet ex eo, quod in d. c. 8. in fine cogatur dimissor recipere dimissam, si ante novas nuptias contingat dimissam ad fidem converti, non etiam post eas cum alia initas, si quidem fuerint legitime contractæ, ut non sint dissolvenda propter alterius conversionem. Sanchez 7. Disp. 75. num. 4. Idem dicendum, si ad sacros Ordines aspirare velit infidelis, aut Religionem intrare, nam hoc ei liberum. Sanchez 7. Disp. 76.

6 Infidelis si postea ad fidem convertatur, cogitur cum fidele habitare, nec eo invito potest Religionem intrare, aut Ordinibus initiari, ne ex sua malitia commodum reportet. Multo magis prohibuit Ecclesia separationem, utroque ad fidem converso, etiam si in gradu prohibito jure humano sint conjuncti, d. c. 8. ne ea res à conversione avertat.

7 Quid si conversus plures habuerit uxores, juxta aliquarum gentium permissionem? R. Primam eum retinere debere, si modò conversa fuerit, d. c. 8. s. *quia verò*, alias dimittere; cum lex Evangelii polygamiam non ferat: in d. & primam repudiatam revocare debere, d. c. 8. quam superinduxit. Nam licet leges gentium repudiationem admiserint,

non tamen Evangelii veritas, d. c. 8. s. *quia verò* Sanchez d. lib. 7. Disp. 73. n. 5.

Dicta non tantum obtinent in matrimonio consummato, verum & non consummato, & hoc sui plenam consecutum sit libere solo consensu. Quo tamē casu per ingressum Religionem approbatam resolvitur etiam vinculum & altero invito, dictum *sup. de verj. conjug.* idque ratione mortis capitalis, quam inducit professio.

Queritur autem, An & eo casu per impotentiam superveniens solvatur vinculum? Resp. Esse quidem durum, ut conjugem impotentem, tamen intractabilem tractum matrimonium non intractabilem superveniens, licet sine culpa alterius tamen sine causa, e. *quanto in fine* casu damnum superveniens nocet alteri scilicet conjugi, cui est pars & in corpore alterius. Ubi nihil facit, quod sit consummatum; nam hoc non materia est, quam consummatum: ut, cum plenam essentiam matrimonii, etiam in indissolubilitatem. Nec obstat deinde dictum de dissolutione istius, etiam quod vinculum, per ingressum in Religionem, quod eum contingit mors civilis, non est potentiam. Vid. Sanchez 7. Disp. 102.

Q. II. An per dispensationem Pont. dissolvatur quoad vinculum? R. Ex parte: overfiam esse, neuiquam solvi vinculum, illud, quod est consummatum, à Deo accepit suam indissolubilitatem. Papa minime contravenit; de hoc potius, quam ædificaret *can. jura quædam* q. 5. Et tunc hæc Catholica sententia, quod Covar. *hic p. 2. c. 7. s. 3.* non est, sed eadem contrarium tenentes referat, etiam illi sunt, & ratione non nituntur. Respondeo quoque à Theologis plerisque, etiam super non consummato Pontificis dispensationem valere, quos sequitur Covar. d. n. 19. Pro cuius sententia facit *Decretum publico in fine sup. de conversj. conjug.* ubi dicitur, quod Deus conjunxit homo non separari. Quod si habeat istud matrimonium omnino dissolutionem quoad substantiam, ut Agrippa Christi conjunctionem cum Ecclesia, non nat verum Sacramentum, super quo

pensat Pont. III. Quod consummatio non ponatur nisi accidentariam deferentiam à matrimonio rato; ut si ista operetur indissolubilitatem, eadem sit tribuenda matrimonio rato, non consummato. Unde ferunt Adrianum VI. cum ab eo peteretur dispensatio super rato, adducta in favorem Caeterani opinionione, primò miratum fuisse virum Theologum id sibi persuasisse: deinde se dare quod posset, sed credere nihil posse Rebelle. p. 2. lib. 2. qu. 15. sect. 3. Probat hanc sententiam multis Gutierrez *Can. quasi 1. c. 17. n. 12. & seq.* Non desunt tamen ex Theologis, qui contrarium adferunt, quos d. loco citat Covarr. quibus adstipulantur multi Canonistæ, & praxi confirmatum esse se auctore tradit Navarr. in *Summa c. 122. num. 1.* & tenet Gloss. in d. cap. ex publico, quatenus tamen iusta subest causa, cuiusmodi est impotentia contingens per exfectionem, aut alias ante consummationem, odium capitale, aut simile quid, unde grave scandalum metuendum. Consensus utriusque neutiquam ponit sufficientem causam divortii, Et si enim contractus ex eo dependeat, matrimonium tamen ultra contractum includit Sacramentum, quod ponit indissolubilitatem, ut per se & ex natura sua dicatur indissolubile. Ratio pro hac posteriori opinione, quæ probabilior videtur, est, quòd matrimonium tale nec sit inseparabile jure naturæ; cum infidelium matrimonia, si alter tantum convertatur ad fidem, solvatur etiam quoad vinculum, uti paulò ante dictum. nec ex vi Sacramenti, cuius nullus effectus est inseparabilis, cum characterem non imprimat, & significationi unionis nihil inseparabile subsit, cum representatio unionis Christi cum Ecclesia per charitatem, quæ subest matrimonio rato, sit separabilis saltem quoad membra per peccatum mortale. Nec obstat d. c. ex publico, & si qua similia, quia accipienda de matrimonio consummato, cum loquantur de conjugibus, qui per Deum sunt conjuncti & facti una caro, ut interpretatur ibi Pont. quales non sunt ante consummationem. c. 2. sup. de convers. conjug. Et de tali matrimonio intelligendum dictum illud, quos Deus conjunxit homo non separet, ut apparet ex can. Non est dubium & can. Lex divina XXVII. q. 2.

Non obstat, quòd ante consummationem ma-

trimonia sit Sacramentum; nam super eo si non directè, saltem indirectè, potest dispensare Pont. quatenus tollit humanum contractum, qui est fundamentum Sacramenti, quod corrumpit, illo sublato; ad modum quo per. Trid. clandestinitas ponit impedimentum dirimens, de quo sup. Tit. 3. Quod allegant alii, consummationem non ponere nisi accidentariam deferentiam à non consummato, non omnino ita se habet, cum addat integrale implementum; uti traditio rei venditæ integraliter contractum complet, qui tamen ante erat perfectus. Est & hujus sententiæ Bellarm. tom. 1. de Monach. lib. 2. c. 28. pluresque citat Sanch. 2. Diss. 14. n. 2.

Et hæc accipienda sunt de dispensatione non sumpta propriè pro relaxatione juris, ex communi regula, quæ non permittit inferiorem derogare jurebus superioris, sed pro juris interpretatione quam potest facere inferior quoad casum singularem, ex certa ratione non comprehensum sub jure generali Barbosa D. *Solutio matrim. p. 2. Rubr. num. 103. & seq.* Hinc sequitur, Pontificem eadem auctoritate posse dissolvere matrimonia infidelium ad fidem convertorum, quæ non sunt firmiora matrimoniis fidelium non consummatis, cum non teneant nisi ratione contractus, Navar. *conf. 3. n. 13. de convers. infid.*

Quid si per vim sit cõpressa sponsa? R. Videri tunc consummatum matrimonium, atque ideo Papam dispensare non posse, ex eo quod cù per istam copulam sint facti una caro, procedat dictum, Quos Deus conjunxit, homo non separet, juxta dicta in quæstione superiori. Ubi rectè repetentur ea, quæ dicta sunt in simili quæstione, sup. de convers. conjug. num. 13. Vid. Barbosa d. p. 2. n. 106. Covarr. hic p. 2. c. 7. §. 4. num. 10. Sanchez 2. Diss. 22. numer. 4.

Q. IV. An copula præcedens faciat videri consummatum, ad effectum removendæ dispensationis? Resp. Esse, qui hoc velint, tamquam si retineretur matrimonium subséquens ad copulam præcedentem, arg. cap. sancta sup. qui filii sint legit. Verius tamen per eam non induci consummationem, atque ita non impediri Pont. super eo dispensare tamquam jam consummato, arg. c. veniens 15. sup. De sponsal. ubi ad hoc, ut sponsalia de futuro in

LII
matri-

marrimonium transeant, requiritur, ut copula subsequatur. Faciunt huc dicta in simili quaestione sup. De convers. conjug. nu. 4. Nihil facit argumentum ex d. c. Tanta; nam ibi hoc ita statutum in favorem prolis, ut non debeat extendi in favorem fornicationum. Covarr. hic p. 1. c. 4. §. 1. nu. 15. Barbosa d. p. 2. n. 107. Sanch. 2. disp. 21. nu. 12.

Hæc ita quoad vinculum, Ad thorum quod atinet, separatio est permilla, uti & denegatio debiti, propter adulterium alterius. Quo tamen sit certum necesse, sive viri, sive mulieris, nam quoad est tatem æquale est utriusque jus, *can. nemo XXXII. qu. 1.* Nisi quod vir uxorem adulteram debeat rejicere, ne videatur sordes ejus & turpitudinem approbare. *can. 1. §. 2. XXXII. qu. 1.* Non ita è contra mulier deserere virum, cum vir sit caput uxoris. * Si tamen, antequam divortium ex hac causa fiat, adulteretur & alter, non proferetur divortii sententia, cum paria delicta mutua compensatione tollantur, quatenus causa est liquida, uti requirit natura compensationis. Sanchez 10. Disp. 6. num. 2. Cui etiam locus est, licet unus sapius, alter autem semel tantum adulteratus fuerit; nam qui postremò peccavit, hoc ipso amittit jus ante quaesitum, vel separandi se, vel negandi debitum. Sanch. d. disp. 6. n. 8.

Quod si post sententiam divortii adulterium alterius, ad cuius instantiam lata, supervenerit: Resp. Non videtur per istud adulterium subsequens dimisso actionem dari, per quam recipi se postulet; cum exceptio rei judicata non aboleatur per superveniens alterius adulterium. Sententia enim à debiti conjugalis exactione & cohabitatione absolvit, ut restitutio frustra petatur. Quod omnino ita procedit, si conjux innocens post promotionem ad Ordines aut ingressum adulteretur, quia per adulterium non potest se liberare à statu, què legitime suscepit. Aliàs de sententia ista dubitari posset, quæ licet videatur transisse in rem judicatam, non facit tamen innocentem postea fornicando non peccare: contra matrimonii fidem. Ut eo casu videatur esse judicis conciliare partes, tamquam pastoris animarum, ut obvenerit incontinentiæ periculo, cui divortium dat occasionem. Sanchez 10. Disp. 9. qu. 3. n. 30.

Quæri hic posset, An liceat viro dimittere uxorem, cui per expulsionem aut denegationem alimentorum causam præbuit adulterium. Respondendum. Nihilominus admittere esse, per text. in c. significasti. q. 6. si quis cogitur adultetam recipere, non obstat, quia per ipsam exceptione inulta dicitur eo quoddam mulier nulla ad fornicationem adduci debuerit, *can. itane XXXII. q. 1.* non excusat mulierem, allegantem pro se negata à viro sibi necessaria fuisse, non ad crimen, c. ex litteris s. h. 1. qua non videndum turpiter viventi præterea præcipitur *l. palam 43 §. 5. D. de ritu nupti. &* hoc non factum viri indirectè causare videtur; quia si directè ad illud intentionem tendo, conivendo, cum posses probare etiam ea intentione expellendo, ut non do alimenta, nulla ratio est, quæ frater dimittere possit, cum non debeat probare crimen, quod permittit, *arg. l. l. de adul. ad. L. Jul. de adul. Vid. Sanch. 10. disp. §. 6.*

Denique quid si vir denegat petentem, quæ ideo fornicata est? Resp. Possit licite viro diverti eo casu, cum videtur dedisse licentiam fornicandi, *can. p. 1. XXXVII. q. 2.* Dans autem licentiam non diverti secundum dicta. Dicendum tamen hanc causam esse remotam acque ad hoc sufficere ad excusationem ipsius mulieris, ut petatur vit ab ea diverti. Quod facit, quod genitor detur causa per expulsionem, continet debiti negationem, & aliam denegationem, quæ tamen non impedit minus vir relinquat uxorem. Non *can. si tu abstines;* quia in eo videtur accipiendum non propter propriè dicta hanc pro occasione tantum, eaque non per se remota. Quo modo Glos. ibid. hanc patet, tradens mulierem, eo facto viro stante, debere servare fidem castitatis. *Disp. 1. num. 7.*

Nomine adulterii venit omnis concubitus; quo caro ab altero conjugum dividitur in alios, & perfectè violatur matrimonii, *can. dixi XXXII. q. 1. de fornicatione & sodomiam rectè dicitur causari divortium, *can. omnes XXXII. q. 7. Covarr. hic p. 2. c. 4. §. 1.**

Jul. Clar. §. Sodoma num. 7. & plures alii, quos accumulatur. Sanchez 10. disp. 4. num. 2. & seq. licuti & per bestialitatem. Sanch. ibid. num. 14. non etiam per amplexus & tactus impudicos, qui non continent divisionem carnis in alios nec completam injuriam contra matrimonii fidem Covar. d. c. 7. §. 6. n. 3. Sanchez d. Disp. 4. num. 12.

19 Præter adulterium, de quo constat ex verbis Christi, *Matth. 19. & aliis locis*, licitum etiam est divortium ex causa incolumitatis, animæ vel corporis, cum ex jure divino narur. l. restet eam queramus & de lamus. Nec est, quod quispiam objiciat. C. in dictis locis tantum excepisse adulterium. causam fornicationis, nam ibi loquitur de perpetua separatione, quæ fit ex ipsa natura conjugii, eod quod fides promissa sit violata. Quæ causa cum sit perpetua, & faciat perpetuè peccantem amississe jus suum, non cogetur innocens alterum etiam emendatum recipere, cum non amplius teneatur legibus conjugii. Ut istud Christi dictum non sit accipiendum ad exclusionem aliarum causarum Sanchez 10. disp. 15. sub n. 2.

20 Hinc ex causa adulterii spiritualis id est hæreticos, concessit Ecclesia divortium, ob periculum perversionis, quod ea fo re obvium. Adeo ut ne quidem fidelis teneatur alteri hæretico debitum reddere: nam alias frustra tolleretur cohabitatio, quomodo in c. 2. h. 1. dicitur simpliciter separatio permittitur. Latè de hac causa Sanch. 10. Disp. 15.

21 Hinc etiam conceditur separatio, quando quis non potest cohabitare conjugii sine probabili vitæ discrimine. *Litteras sup. de restit. spoliar.* Neque enim matrimonii contractus obligat ad mutuam cohabitationem & obsequia, cum tali discrimine. Qua ratione & sevitia excusabit, tantâ scilicet, ut alteri provideri nequeat sufficienti securitate, d. c. *Litteras in fine*. Cum enim per sevitiam non seruet alter fidem matrimonio præstitam, nec eidem illa servanda, arg. c. *Pervenit 3. sup. de jurejur.* Gutierrez *Can. qu. lib. 1. c. 24. n. 5. & seq.* Barbosa *ad Rubr. D. Solutio matr. p. 2. n. 27.* Sanch. 10. disp. 18. num. 2. & seqq. Sit tamen gravis, & tale malum, quod justum causet metum in viro constanti. Sanchez d. loco num. 10. * Quem etiam videntur ponere graves inimicitia, quæ sevitiam

causare solent, c. *accidens ubi Gl. V. inimicis ne lite non contest.* Neque enim tantum sevitia præterita, sed justus metus futuræ malæ tractationis causat divortium, ut tradit Covarr. *hic p. 2. c. 7. §. 3. n. 2.* Minus non ponere sufficientem divortii causam verius est, nisi aliud exigat minans iniquum.

Furor alterius in iocimè divortii causat, quia nihil tam humanum, quàm fortuitos casus mulieris vitum, viti mulierem participare, *l. si cum dotem 22. §. si maritus D. Solutio matr.* Nisi ita si ardens, ut ex cohabitatione grave periculum alteri imminet; prævalet enim jus propria vitæ tuendæ, & integritatis membrorum. Secundum quod limitandus venit, *can. si uxorem xxxij. q. 5.* dum generaliter dicit, quidquid excogitari potest horribile pro fide & societate esse sustinendum; accipiendus enim in casu priori, non etiam in posteriori. Ubi non distinguendum, sit furor continuus, an habeat dilucida intervalla, satis enim est, quod subsit grave periculum. Unde & frequens & magna alterius ebrietas, ex qua periculum fit vitæ, dabit causam divertendi, ex eadem ratione. De lepra & morbo Gallico dictum est sup. *Tit. 8.*

24 Q. An divertendi causam præbeat crimen mariti, uti furtum, à quo non vult abstinere? Resp. Non esse eam justam causam deserendi maritum, atque ab eo divertendi, *cap. 2. h. tit.* Nisi aliter vitæ suæ consulere nequeat quam dimittendo virum, ut quia propter furta mariti omni hora periclitetur. Exemplum dari potest in ea, quæ timet, ne quasi consentiens furis viti ut furtorum receptatrix puniatur. Et ita accipiendus videtur Nav. *in summa c. 22. n. 22.* Vid. Barbosa *d. p. 2. n. 29.*

25 Ex dictis de separatione licita, ob corporale periculum, consequitur, illam magis esse licitam, si adsit probabile periculum animæ & vitæ spiritualis, puta ex causa hæresis aut apostasiæ alterius, ut paulo antè dictum, cum tantò majus censetur hoc periculum, quanto anima corpori præstat *can. ille XXXI. q. 5.* Quo modo uxor idololatriæ causa dimitti posse dicitur, *can. Idololatria XXXVIII. q. 1.* Quod etiam dicendum videtur, si alter alterum inducere conetur ad peccatum mortale, quod perimit animæ vitam. Navarr. *d. loco*

ut propter illicitas concupiscentias, ad quas alter per alterum trahitur, rectè se separet alter, *d. can. Idololatria*, Barbosa *d. p. 2. num. 29. & 30.*

26 Quæstio autem est, An prædicti casus perpetuum ponant divortium, hoc est, an cessante divortii causa, non teneatur alter alterum recipere? Resp. Non ponere divortium perpetuum, sed tantum eo usque durare, donec ejus causa durat, ideoque ea cessante teneri conjugem ad alterum reverti. Nihil obstante, quòd dictum, ex causa fornicationis perpetuam esse separationem, cum per eam amiserit conjugem suum; ut innocens non teneatur alterum recipere etiam emendatum, uti dictum supra. Ratio est, quod causa ista directè sit contra conjugii naturam, ut ejus effectus sit perpetuus: in his autem casibus extrinsecus adveniat, atque ita minor, ejusque proinde effectus, qui causæ suæ est commensurandus, similiter minor, scilicet temporalis tantum, donec duret causa, ut per eam jus conjugale non tam sit amissum, quam ejus executio suspensa temporaliter, Barbosa *d. p. 2. nu. 18. Sanchez 10. Disp. 15. nu. 2.*

27 Consequentur queritur, An & divortium ex causa hæresios sit temporale? R. Distingui in *cap. De illa 6. b. 1.* an ante sententiam alter conjugum decesserit, an post eam: illo casu conjugem respicientem esse recipiendum, hoc verò alteri liberum esse non recipere; non tantum si innocens intrarit Religionem, quod ei permissum, *c. fin. sup. de convers. conjug.* sed & si in sæculo permanerit *d. c. 6. in fine* ubi indistinctè dicitur, nullatenus compellendum alterum recipere. Nec rectè quis dixerit, non teneri quidem conjugem fidelem Religionem ingredi volentem recipere reversum, noletem autem ingredi teneri: nam ad unum solum casum non est ibi coarctata facultas in divortio permanendi; cum ideo fidelis habeat licentiam ingrediendi, etiam altero in viro, licet per Ecclesiam recepto, quia alter propter hæresin, in quam lapsus, privatus est jure exigendi debitum & cohabitandi, *c. fin. in fine inf. de heres.* Ratio distinctionis est, quòd, eam perpetua debiti denegatio sit poena hæresios, non debeatur antè sententiam, *s. cum secundum de heres. in 6.* ut ante necdum sit al-

teri quæsitum perfectum jus, quòd deest sententiam queritur, & invito non effectivum. Possè autem Ecclesiam statueri, ut non teneatur, ex eo patet, quòd possit spiritus cum bonorum, famæ, viræ amissionem. Non obstat, quòd dictum modo, per separationem causari tantum per alterum; nam hoc accipiendum secundum conjugii, uti dictum, cum hic non immutatio propriè ex hæresi ponatur separatio, & sententiam, quam tamquam poena conatur. Ubi non erit opus per sententiam declarare separationem; satis enim est, tamquam hæreticus, quam damnatur, quitur privatio juris. Vid. Covarrubias *§. 5. num. 5. Barbosa d. p. 2. n. 20. Sanchez 15. num. 15. & seqq.*

Postremò queri possè, An ad separationem sit auctoritate Judicis? Resp. *per c. 3. h. 1.* etiam si causa sit notoria, quid temerè fiat, & evitetur scandalum, men ita notoria fuerit, ut nulla reprobatione celari possit, non videtur ea auctoritas esse, cum causaj ita notoria facta non temerè videri spoliatum. Covarrubias *num. 12. & alii, quos allegat Sanchez 20. num. 13.* Possè etiam quis propter hæresin sibi cognitam denegare alteri conjugale propria auctoritate, *Gal. in c. de adult.* cum actus ille sit privatus, & scandalum. Idem dicendum de separatione quo ad thorum & cohabitacionem, si solum fuerit in mora, & non sit factus a Judicem.

TITULUS XX.

De Donationibus inter virum & uxorem.

SUMMARIUM.

1. Donationes inter conjuges cur & quanto prohibita.
2. Transferunt possessionem rerum donatarum jus fructuum percipiendorum.
3. Dos & donatio propter nuptias post divortium quibus restitui debent.

4. Mulier à marito expulsa, vel ejus scitiam fugiens fornicata an amittat dotem?

5. Dotis marito adjudicata repetitio an competat uxori, marito postea in adulterium lapsa?

6. Amittitur & dot alitium ex causa adulterii.

7. Ex causa hæresis dos cedit fisco.

8. Proprietas dotis & donationis propter nuptias cedit liberis superstitibus.

Solutio matrimonio quoad vinculum, per mortem, aut per declarationem, quia nulliter de facto contractum, siue quoad thorum, ex causis superius allegatis, quaeritur, quid sit juris in donationibus inter conjuges factis, & in dote, & in don tione propter nuptias.

Quantum ad donationes inter conjuges stante matrimonio factas non est magna quaestio, cum jure non subsistant, D. & C. de donat. inter vir. & uxorem, ita postulante, tum honestate, ne conjugalis amor videatur pretio conciliari, tum utilitate, ne conjuges mutuo amore se spolient, profusa erga se liberalitate, l. 1. & 2. d. t. c. fin. h. t. Quod accipiendum, quatenus alter sit pauperior, alter ditior: quod duo concurrere debent, alias cessaret prohibitio. Hinc sepultura causa datum conjugi tenet, l. 3. §. concessa D. eod. quia licet expendisset de suo, non tamen ideo alter, quia non expenderit, tam factus ditior censetur, quam non pauperior. Hinc & non incidit in prohibitionem repudiatio legati aut hæreditatis per alterum conjugem in favorem alterius, l. 5. §. si maritus D. eod. Per quam licet alter fiat ditior, non tamen repudians pauperior, l. 6. D. que in fraud. cred. cum legatum aut hæreditas, antequam acceptetur, non sit in bonis. Plures casus videre est; D. h. t. n. 10.

2. Non sunt tamen ita inutiles istæ donationes, quo transferant rerum donatarum possessionem aliquam in accipientem, eumque faciant fructus industriales saltem percipiendo suos facere, §. fructus 45. D. de usuris, l. 1. §. si vir uxori D. De acquir. possess. & præterea morte subsecuta confirmantur, d. c. fin. h. t. & l. Donationes 25. C. eod. Non alias tamen, secundum communem opinionem, quam si traditio intervenit juxta text. in l. Papinianus 23. D. h. t. Vetum obstat Nov. Sacra forma transmiss. 162. §. 2. ubi dicitur, solum mariti silentium

confirmare donationem mulieri factam, etiamsi nulla intervenerit traditio; qua de re latius D. h. t. num. 24. Et hoc nisi ante inortem revocata fuerit, expressè vel tacite, d. c. fin. h. t. uti licet, cum donatio hæc sit imperfecta, & demum morte consummetur atque omnimodam sui perfectionem consequatur, ut ante revocari possit. Nisi juramento fuerit confirmata, quod servandum, cum non vergat in detrimentum animæ jurantis, nec tertii, & prohibitio tantum privatam causam concernat, nihil verò mali moris includat. Censetur etiam revocata, si is, cui donatum, prius naturæ debitum persolvat, d. c. fin. cum tantum ejus persona sit electa, non etiam hæredis, uti in legatis.

Quantum ad dotem & donationem propter nuptias post divortium, utraque redit; illa ad mulierem, ejusve partem, aut hæredes, quia cessat causa, propter quam penes maritum remanere debet; hæc ad maritum, ejusve hæredes: nisi aliter fuerit conventum aut alia sit consuetudo, c. 2. & fin. h. t. Cessante & ejus causa, cum sit inducta in dotis securitatem. Adquisita vero tempore matrimonii æqualiter sunt dividenda, d. c. 2. h. t. quam tamen rem non raro loci consuetudo immutat; & ut aliter se habeat, faciunt pacta mutua, d. c. fin. in fine. Obtinet & hæc restitutio in matrimonio putativo, bonâ fide contracto. Quod addo, nam mala fides faceret donationem hanc & dotem publicari, uti dictum supra Tit. 14. Si mulier divortio causam dederit per adulterium, dos committetur, & marito cedet, c. Plerumque 4. h. t. l. Consensu 8. C. De repud. idque propter injuriam, quam mulier adulterando marito infert, Nisi tamen vi compressa fuerit, quia tunc est extra culpam, aut lenocinio mariti adulterata, l. Viro 39. l. Cum muliere 47. D. Solutio matrim. cum frustra improbet mores, quos antè probavit, & puniat actum, cui dedit auctoritatem. Idem est, si decepta alium admisit, quem matitum esse putabat; si maritum mortuum credens alii se conjunxerit: quibus casibus ut deest culpa, ita & adulterium formale, ut dicemus inf. De adul.

4. Quid si expulsa domo à marito, aut ejus scitiam fugiens fuerit adulterata? Resp. Possit qui-

quidem videri, non amitti isto in casu dotem, ne ex sua malitia commodum reportet: verius tamen dotem amitti, & marito cedere, propterea quod ejusmodi causa sit tantum remota, nec ordinata ad adulterium, ut viro non impu- terur iste effectus, *l. non omnes 38. D. de statu lib.* Facit, quod mulier quidvis potius admitte- re deberet, quam alteri dare sui copiam, *c. sacris sup. de divor.* ubi non cogitur maritus recipere expulsum, quæ deinde fuit adulterata; quod tamen secus se haberet, si expulsio foret causa adulterii. *Barbosa ad l. 2. p. 1. in princ. num. 7. D. Solutio matrim. & dixi D. Ad L. lul. de adult. num. 47.* Quo loco & alia spectantia ad hanc materiam satis copiose tractata sunt: veluti hanc dotis amissionem non procedere propter oscula, aliosve impudicos lusus aut tactus *n. 42.* Procedere tantum quoad dotem, nec trahi ad bona paraphernalia, id est quæ præter do- tem penes mulierem sunt (*Φερν* enim Græcis dos est) *nu. 30.* Hæredes post mortem mari- ti non rectè intentare hanc actionem *n. 34.* Nec eam trahi ad viduam, soluto per mariti mor- tem matrimonio, impudicè viventem, *num. 33.* Adulterium filixæ patri hodie non obesse, *num. 36.* Non cedere dotem marito, qui uxorem in adulterio deprehensam occidit, *num. 56. & D. Solutio matr. num. 33.* Spontaneam reconciliatio- nem & remissionem noxæ inducere remissio- nem dotis, *n. 52.* Denique uxorem putativam adulteratam postea detecto impedimento, do- tem amissam repetere posse tamquam ex falsa causa adjudicatam; quæ tamen controversa quæstio est, & contraria opinio ferè commu- nis recepta, *n. 37.*

§ Illud hic restat quærendum, An commissio dotis resolvatur, competatque ejus repetitio uxori, marito postea lapsa in adulterium? R. Lite pendente si actor in adulterium labatur, habere locum axioma, mutua compensatio- ne delicta tolli. Ut commissio à se adulterio malè pergat agere ad divortium & dotis com- missionem, cum ad neutrum ei actio compe- tat, quippe sublata per compensationem, eti- am si in judicium non sit deducta, cum im- probe videatur improbare mores in conjuge, quos in se probat. Quod omnino procedit in foro interno. Si post litem sententiam di-

vortii & commissionis dotis actor incidit in simile crimen, vult quidem *Glossa in l. inf. de adult.* compensari etiam eo casu ubi tertia, atque ita dimissio conjugii commo- repetitionem alterius jure actionis. Pro- parte videtur facere *d. c. fin. & c. 27. littera i.* ubi post celebratum divortium, si alteri- nicerur, compellitur reverti ad dimissum ex alia ratione, quam quod adolentia con- pensentur non minus, si alterius commo- sequatur, quam si simul contingat. Non probabile tamen est, conjugii eodemque supervenienti alterius adulterio non agere de novo actionem ad dotem, quæ, in- tincta in perpetuum non reviviscit in casu superveniente, *l. quires 98. §. 1. de solut. nec mutatur, quod rectè tradit superveniente delicto, l. 1. D. De iura d. privato.* Nec obstat *d. c. fin.* neque *d. c. 27. §. 1. nam loca ista loquuntur in casu, quæ separatio facta per sententiam, ut in spe- erit obvium, atque ita interpretatur in noc. Quod de compensatione alterius dicendum, eam non procedere, nisi præ- alterius fornicatio sententiam divortii, exceptio rei judicata obicit objectionem compensationem. Et quamvis officio non incumbat partes reconciliare, ad evitandum periculum fornicationis, nihil tamen in dotis restitutionem spectare videtur.*

Dicta de amissione dotis ex causa adul- terii procedent multò magis in amissione dotis *d. c. 4. h. 1.* quod alii vocant donationem propter nuptias, alii verò id, quod penes maritum manet post mortem mariti, ex parte re- lictæ, ut dictum supra eod. quo maritus pec- cum & res suas amittat.

Quantum ad causam hæreseos, illa non facit marito cedere dotem, sed fisco, immo tam in conjugem, quam in Rempublicam de- carum, ut ab ea merito vindicetur. *l. 1. §. 3. D. de bonis damnat.* ubi ob crimen hæreseos- jestatis fisco dos additur, item *c. Virgatus de hæres.* ubi simpliciter fisco bona hære- rum deferuntur, *Covarr. hic p. 2. c. 7. §. 6. h. 1. seq.*

Denique quod dictum de commo- dotis & donationis propter nuptias, quæ dat innocenti, verum est etiam quoad

prietatem : nisi supersint liberi , sive ex isto matrimonio , qui patre sunt potiores , ut iis sit servanda proprietas , solo usufructu remanente apud innocentem , sive etiam ex priori matrimonio , cum text. in *Nov. 117. §. quia verò plurimas* & lib. 8. §. *si vero C. de re pud.* indistinctè dicat , si filios non habeat : sunt autem filii , qui extant ex priori matrimonio nati , quibus præjudicare mulier non potuit.

TITULUS XXI.

De Secundis nuptiis.

SUMMARIUM.

1. Nuptia secunda, tertia & ulteriores hodie licite.

2. Pœna secundo nubentium an hodie cessent.

3. Nuptia iterata an benedicenda?

4. Non iteranda , nisi constet de morte conjugis.

5. Testis unus an probet hæc in materia?

6. An fama sufficiat?

7. Priori conjugè reverso, quid juris?

HActenus de primis nuptiis : de secundis subjicitur , quæ licet fornicariæ vocentur , secundum veritatis rationem , in *can. hæc ratio ne XXXI. q. 1.* Deo tamen permittente , propter hominum incontinentiam , licitè ineuntur non tantum secundæ , sed & tertiæ & ultra. Unde non damnatur in Ecclesia bigamia , nec tri-gamia , nec ultra , *can. Apertiant , can. Quod si XXXI. q. 1.* sed damnantur Montanistæ , & alii hæretici , stulti quadam perversione contrarium adferentes. *cap. ult. & pen. hoc tit.* Ratio hujus rei est , quod conjux solutus legibus prioris matrimonii habeat potestatem nubendi cui velit , à Deo sibi permissam , teste Apostoli etiam statim à morte alterius , *d. cap. pen. & fin.* Adeo ut mulier infamiam , quam per leges civiles incurtebat , necdum enixa partum intra annum luctus nubens , hoc jure evadat : ex ratione , quod puniri non debeat , qui agit lege permit-tente , & pœnam non mereatur , qui extra culpam est , qualis est potestate sibi concessa u-bens ,

Ubi quaeritur , An & aliæ pœnæ propositæ per leges secundo nubentibus sint dicendæ hoc jure cessare? Respondendum. Dicta Capp. tantum loqui de sublata infamia , ut possint videri reliquæ pœnæ civiles in suo rebere per-manere : verius tamen , pœnas qualescumque , quæ intra annum luctus iteranti nuptias sunt stituta à jure civili , & continent meram pœ-nam , cessare hoc jure. Nec facit , quod textus tantum faciant mentionem infamiæ ; cum ra-tio subjuncta , scilicet quod non debeat le-galis infamiæ sustinere jacturam , quæ intra tempus luctus nubens concessa sibi ab Apo-stolis utitur auctoritate , habeat etiam lo-cum in aliis pœnis : ut in iisdem sit statuendum , ex regula , quod legis ratio sit ejus ani-ma , & in lege expressa , sit pro lege , obtine-atque in casu simili , aliàs foret imperfecta. Ita servari tradit Covarr. *hic p. 2. cap. 3. §. 9. num. 7. & segg.* Quantum verò ad illas dispositiones , quæ potius concernunt provisionem & com-modum liberorum prioris matrimonii , cum non continent pœnam , dicendum , eas etiam hodie servandas esse , quia circa eas nihil dis-posuit lex Canonica ; nec fuit , ut dispo-neret , cum nihil mali moris involvant , imò bonis moribus respondeant. Quo modo disposi-tum in *lib. Fœmina , & similib. C. h. r. servan-dum est , ut rectè tradit Covarr. d. loco n. 9. Bar-la ad l. si constante 25. num. 100. & segg. D. So-luto matrim. D. Gudelin. De Jure novissim. lib. 1. c. 12.*

Iterare itaque nuptias nullo jure prohibi-tum ; non sunt tamen iteratæ benedicendæ & benedicens puniendus , *cap. 1. & 2. h. r.* tum quia sufficit alterius benedictio , quæ diffundi-tur in alterum , *cap. 3. sup. De consec. Eccl.* tum quia propter frequentiam benedictionum e-jusdem personæ contingeret rem in contemp-tum trahi. Si tamen sponsa existat virgo , be-nedicti eam posse probabile esse tradit. *Cov. d. p. 2. cap. 8. §. 11. n. 2. & praxi servari.* Quam con-suetudinem etiam probat Navar. *in summa c. 22. num. 83.* etiam in casu , quo vir ducit vi-duam , quamvis magis rationabilem judicet consuetudinem in casu , quo virgo nubit viduo ; imò nec improbet eam , qua uterque , si viduus fuerit , benedicitur. Non obstante , quod ali-qui volunt consuetudinem circa sacramentalia nihil

nihil posse, quod falsum, ut ibi probat, & probatum supra de consuet. n. 11.

Antequam autem nuptiæ iterentur, necesse est de morte conjugis constet tali probabilitate, quæ arbitrio prudentis certitudinem aliquam inducat, Nihil faciente longissimo temporis intervallo, quo alter ab fuit, ut de vita aut morte certior reddi nequeat, c. In presentia 19. sup. de sponsal. c. 2. h. s. Non obstat cap. Quoniam §. porro vers. s. autem sup. ut lita non contest. nam quod ibi verosimilis præsumptio & æstimatio mortis sufficere dicitur, accipiendum de certo nuntio, aut tali præsumptione, quæ probationi æquivalet. Quo modo can. cum per bellicam XXXIV. q. 2. accipiendus de ea credulitate, quæ nititur iusta ratione. Alias extra adulterii periculum non foret alter conjux, cum extra dolum non videatur esse non adhibens diligentiam, qua certior fiat de vita vel obitu alterius.

Testem unum non sufficere est probabilius, cum generaliter unus testis non prober. Quæ res hac in materia non est mutata, cum sic gravior qualibet alia pecuniaria, in qua testis unus non sufficit, ut merito nec in hac sufficere debeat, in qua agitur de animæ periculo, Sacramenti iteratione, partis infamia. Non obstat d. c. In presentia; nam quod ibi habetur de certo nuntio, non est accipiendum de teste uno, sed de certitudine, quam ponunt certa vox, qualia non ponit testis unus nisi in casu

quo conjux obiit in loco distant, ut si illa probationes haberi nequeant; tunc certior erit, rem per conjecturam probare. h. s. de barbaris D. de remilit.

Q. An fama sufficiat? Resp. Probabiliter non sufficere, per d. c. in presentia 19. certior quæ incerta, non ponat certitudinem certum ab incerto plerumque auctore. Si aliis adminiculis fulciatur, certo nuntio valebit certamque moraliter probare certior: veluti si fuerit universalis episcopus, aut causa rationabilis, concurret detestatio sententiæ, & locus remotior, in quo missus est. Mascard. De probat. concl. 749.

Quòd si contigerit post iteratas nuptias altero conjugem priorem reverti, certior dem adulterii quaestio, d. can. cum per bellicam. Si virgo XXXIV. q. 2. relicto nuntio ulterius complexibus, ad priorem reverti compellitur, quòd priores nuptiae fuerint dissolutæ, cum Ecclesia detestetur dederit licentiam eas iterandi. Si is, qui datus inivit, incipiat dubitare de vita prioris, debitum quidem non exiget, donec durat, reddere tamen non probetur. quoque si de vita mariti abiecerit dubitatio, tunc ad secunda vota convolare potest. Si maritum mortuum esse certo constat, quandoque voluerit, intra tempus luctus rectè nubet.

